rat ioseph ab angelo admonitū ut cum infante in  
aegyptum fugeret. ne ab herode necaretur. De  
inde herodem illo non inuento ab imatu & infra  
pueris occidisse. Defuncto autem herode redisse

Ab aegypto. & audito quod archelaus in iudea regnaret  
pro herode patre suo. habitasse cum puero in galilea ciuita-  
te nazareth. quae omnia lucas tacet. Nec ideo contrarium  
uideri potest quod uel hic dicit. quae ille praetermittit.  
uel ille commemorat quae iste non dicit. Sed quae  
ritur quando fieri potuerunt quae contexit mattheus  
de profectioe in aegyptum. atque in regressione post  
herodis mortem ut iam in ciuitate nazareth habitarent. quo-  
tos lucas postea quam profecerunt in templo circa puerum  
omnia secundum legem domini reuersos esse commemorat.  
Hic proinde cognoscendum est. quod deinceps ad cetera talia  
ualeat. ne similiter moueant animumque conturbent, sic  
unumquemque euangelistam contexere narrationem suam.  
ut tanquam nihil praetermittentis series digesta uideatur.  
Tacitis enim quae non uult dicere. Sic ea quae uult dicere  
illis quae dicebat adiungit. ut ipsa continuo sequi uideantur.  
Sed cum alter eadicit. quae alter tacuit. diligenter ordo  
consideratus indicat locum. ubi ea potuerit a quo praetermis-  
sasunt transilire. ut ea quae dicere intenderat ita superi-  
oribus copulari. tanquam ipsa nullis interpositis  
sequerentur. Ac per hoc intellegitur mattheus ubi ait.  
somnia admonitos magos ne redirent ad herodem.  
& per aliam uiam regressos in regionem suam. illic praetermis-  
se quae lucas narrauit gesta circa dominum in templo. &  
dicta a symeon & anna. Ubi rursus lucas praeter-  
mittens profectioem in aegyptum quam narrat mattheus.  
tanquam continuam contexit regressionem ad ciuitatem

nazar&h. Siquis autem uelit unam narrationem ex omni  
bus quae xpi natiuitate & infantia uel pueritia Inuimusq;  
narratione ab alterutro se uideantur se uideantur  
tur ordinare. sic potest.

**XPI ANTEM GENERATIO SIC ERAT.**

**F**uit in diebus herodis regis iudaeae sacerdos quidam  
nomine zacharias de uice abia. & uxor illi de filiabus  
aaron. & nomen eius elisab&h. Erant autem iusti  
ambo antednm. incedentes in omnibus mandatis & ius  
tificationibus dnm sine querella. Et non erat illis filius  
eo quod esset elisab&h sterilis. & ambo percessissent in die  
bus suis. Factum est autem cum sacerdotio funge  
retur in ordine uicis suae ante dnm secundum consue  
tudinem sacerdotii. sorte exiit ut incensum poneret In  
gressus in templum dnm. & omnis multitudo erat populi  
orans foris hora incensi. Apparuit autem illi angelus  
dnm stans ad dextris altaris incensi. Et zacharias turba  
tus est. uidens. & timor inruit super eum. Dixit autem  
ad illum angelus. Nihil timeas zacharias. quoniam exaudita est de  
precatio tua. & uxor tua elisab&h pariet tibi filium. &  
uocabitur nomen eius iohannes. Et erit gaudium tibi &  
exultatio. & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit  
enim magnus coram dno. & uinum & sicera non bibet.  
**E**t spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. & multos  
filiorum isrlt conuertet ad dnm dnm ipsorum. Et ipse  
precedet ante illum in spiritu & uisitate heliae. ut con  
uertat corda patrum in filios. & incredulos ad pruden



tiam iustorū parare dño plebem pfectā. Et dixit  
zacharias ad angelum unde hoc sciam. Ego enim sum  
senex. & uxor mea processit in dieb; suis. Et respon  
dens angelus. dixit ei. Ego sum gabriel qui adsto ante  
dnm. & missus sum loqui ad te & haec tibi euangelizare.  
**E**t ecce eris tacens & non poteris loqui usq; in diem quo  
haec fiant. pro eo quod non credidisti uerbis meis quae  
implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans  
zachariā. Et mirabantur quod tardaret ipse in tēplo.  
**E**gressus autem non poterat loqui ad illos. & cogno  
uerunt quod uisionē uideret in tēplo. Et ipse <sup>exit</sup> in  
nuens illis. & p mansit mutus. Et factum est ut  
implerentur dies officii eius. abiit in domū suam.  
**P**ost hos autem dies concepit elisabeth uxor eius. &  
occultabat semensibus quinq; dicens. Quia sic mihi  
fecit dñs. in dieb; quibus respexit auferre obprobrium  
meū inter homines. In mense autem sexto. missus est  
angelus gabriel ad dō in ciuitatē galileae cui nomen  
nazarēth. ad uirginem desponsatam uiro cui nomen erat  
ioseph. de domo dauid. & nom uirginis maria. Et in  
gressus angelus ad eam. dixit. Haue gratia plena. dñs  
tecum. Benedicta tu inter mulieres. Quae cum  
uidisset. turba est in sermone eius. & cogitabat qualis  
esset ista salutatio. & ait angelus ei. Nō timeas maria.  
inuenisti enim gratiā apud dñm. Ecce concipies in  
utero & paries filiū. & uocabis nomen eius ihm hic erit  
magnus. & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi

dñr dñr sedem dauid patris eius. & regnabit in domo iacob  
 in æternū. & regni eius non erit finis. Dixit autem  
 maria ad angelum. Quomodo fiet istud. qm̄ uirū non  
 cognosco. & respondens angelus. dixit ei. Sp̄s sc̄s  
 sup̄ uenit & int̄. & uisus altissimi. obumbrabit tibi.  
 Ideo q. & quod nascetur ex te sc̄m̄ uocabitur filius dñi  
 Et ecce elisab̄h cognata tua. & ipsa concepit filium in se-  
 cute sua. Et hic mensis ē. sextus illi quæ uocatur  
 sterilis. quia non erit impossibile apud dñm **om̄i uerbu**  
 Dixit autem maria. ecce ancilla dñi. fiat mihi secundū  
 uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus. Ex-  
 surgens autem maria in diebus illis. abiit in montana cum  
 festinatione in ciuitatē iudeæ. & intrauit in domū zacha-  
 riæ. & salutauit elisab̄h. Et factū ē. ut audiuit  
 salutationē marie. elisab̄h. exultauit in fante in utero ei.  
 Et repl̄t̄ aē. sp̄s sc̄o elisab̄h. & exclamauit uocem magna  
 & dixit. Benedictata inter mulieres. & benedictus  
 fructus uentris tui. Et unde hoc mihi. ut ueniat mat̄  
 dñi mei ad me. Ecce enim **Et facta est uox saluati**  
 onis tuæ in auribus meis. Exultauit in gaudio in fante  
 in utero meo. Et beata quæ credidit. qm̄ p̄ficientur  
 ea quæ dicta sunt ei ad dñm. **Et ait maria. Mag**  
**nificat anima mea dñm. & exultauit sp̄s meus in**  
**idō salutaris oris. Quia respexit humilitatē**  
**ancillæ sue. Ecce enim ex hoc beat̄ p̄ me dicent**  
 omnes generationes. Quia fecit mihi magna quib̄  
 potens ē. & sc̄m̄ nomen eius. Et misericordiarus

In progenies. & progenies timentib; eum. Fecit potentia  
in brachio suo. dissipat superbos mente cordis sui. Depo-  
suit potentes desede. & exaltauit humiles. Esurientes  
impleuit bonis. & diuites dimisit inanes. Suscepit  
isrl; patrū suum. memorari misericordiae suae. Sicut  
locutus est ad patres nostros. abraham & semini eius in sc̄a.  
Mansit autem maria cum illa quasi mensib; tribus. & re-  
uersa ē. in domū suam.

## ET INVENTA EST IN UTERO HABENS DE SPŪ SCŌ.

Ioseph autem uir eius. cum esset iustus & nollet eam  
traducere. uoluit occulte dimittere eam. Haec autem  
eo cogitante. ecce angelus dñi in somnis apparuit ei  
dicens. Ioseph fili dauid. noli timere accipere mariam  
coniugetuā. Quod enim in ea natum ē. de spū sc̄o est.

Pariet autem filium. & uocabis nomen eius ih̄m. Ipse enim  
saluum faciet populū suum a peccatis eorum. Hoc autē  
totum factum est. ut adimpleretur quod dictū ē. ad nō  
p̄ prophētā dicentem. Ecce uirgo in utero habebit &  
pariet filium. & uocabunt nomen eius emmanuel.  
quod ē. interpretatum nobiscū d̄s. Exurgens autem  
ioseph a somno. fecit sicut precepit ei angelus dñi.  
& accepit coniuget suā. & non cognoscebat eam. **LUC**

## HELISABETH AUTEM IMPLETUM EST TEMPUS PARIENDI. ET PERIT FILIUM.

Et audierunt uicini & cognati eius. quia  
magnificauit dñs misericordiam suam cum illa.

& congratulabantur ei. Et factum est. in die octauo uenerunt  
 circumcidere puerum. & uocabant eum nomine patris eius  
 zacharia. Et respondens mater eius. dixit. Non. sed  
 uocabitur iohannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo  
 est in cognatione tua. qui uocetur hoc nomine. In uerbis  
 autem patris eius. quem uellet uocari eum. Et postularis  
 pugillarem. scripsit dicens. Iohannes est. nomen eius. &  
 mirati sunt uniuersi. Apertum est autem ilico os eius &  
 linguae eius. & loquebatur benedicens dominum. Et factus  
 est timor super omnes uicinos eorum. & super omnia montana  
 iudee diuulgabantur omnia uerba haec. Et posuerunt  
 omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quid putas puer  
 iste erit. Et enim manus domini erat cum illo. Et zacharias  
 pater eius impletus est spiritu sancto. & prophetauit dicens. Bene-  
 dictus dominus israhel. quia uisitauit & fecit redemptionem plebi suae.  
 Et erexit cornu salutis nobis. in domo dauid pueri sui. Sicut  
 locutus est per os sanctorum. quia saeculo sunt prophetarum eius.  
 Salutem ex inimicis nostris. & de manu omnium qui oderunt nos.  
 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. memorari  
 testamenti sui sancti. Iurandum quod iurauit. ad abraham  
 patrem nostrum daturum se nobis. Ut sine timore de manu  
 inimicorum nostrorum. liberi seruiamus illi. In sanctitate &  
 iustitia coram ipso. omnibus diebus nostris. Et tu puer  
 propheta altissimi. uocaberis. praebis enim ante faciem  
 domini parare uias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius.  
 in remissionem peccatorum eorum. Per uiscera misericor-  
 diae dei nostri. in quibus uisitauit nos oriens ex alto.



**I**n lumine his qui in tenebris & in umbra mortis sedent.  
Ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

**P**uer autem crescebat & confortabatur spiritu & erat in desertis  
& locis usque in diem ostensionis suae aduersus. **F**actum est  
autem in diebus illis. exiit edictum a caesare augusto ut  
describeretur uniuersas orbis. Haec descriptio prima  
facta est sub praeside syriae ceryno. **E**t ibant omnes ut  
proficerentur singuli in suam ciuitatem. **A**scendit autem  
& ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem  
dauid quae uocatur bethleem eo quod esset de domo &  
familia dauid. ut proficeretur cum maria desponsata sibi  
uxore pregnante. **F**actum est autem cum essent ibi im-  
pleuerunt dies ut pareret & peperit filium suum primogenitum.  
**E**t pannis eum inuoluit & reclinauit eum in praesepe quia  
non erat eis locus in uersorio. **E**t pastores erant in  
regione eadem. uigilantes & custodientes uigilias noctis  
supra gregem suum. **E**t ecce angelus domini stetit iuxta  
illos & claritas dei circum fulsit illis. & timuerunt timo-  
re magno. **E**t dixit illis angelus. Nolite timere.  
**E**cce enim euangelizo uobis gaudium magnum. quod  
erit omni populo. **Q**uia natus est uobis hodie salua-  
tor qui est christus dominus in ciuitate dauid. **E**t hoc uobis  
signum. **I**n uentris infantem pannis inuolutum & po-  
situm in praesepe. **E**t subito facta est cum angelo multa-  
tudo militiarum caelestium. laudantium dominum & dicentium.  
**G**loria in altissimis deo. & in terra pax. hominibus bonae  
uoluntatis. **E**t factum est ut discesserunt ab eis

angeli in caelum. pastores loquebantur adinuicem. Transe-  
 amur usq; bethleem. & uideamus hoc uerbu quod factum e.  
 quod dñs ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. & in-  
 uenerunt maria & ioseph. & infantē positum in p̄sepi. U-  
 dentes autem. cognouerunt de uerbo quod dictū erat illis  
 de puero. Et omnes qui audierunt mirati sunt. & de his  
 quae dicta erant a pastorib; ad ipsos. Maria autem con-  
 seruabat omnia uerba haec. conferens in corde suo. Et  
 reuersi sunt pastores. glorificantes & laudantes dñm in  
 omnib; quae audierant & uiderant. sicut dictū e. ad illos.  
 Et postquam consummati sunt dies octo ut circūcideretur.  
 uocatum e. nomen eius ih̄s. quod uocatum e. ab angelo pri-  
 us quam in utero conciperetur. **MAI DII.**

**ET ECCE MAGI AB ORIENTE AD UENI-  
 UENERUNT HIERUSALĒ DI . IN SCENTES.**

**V**bi e. qui natus e. rex iudeorū. Uidimus enim  
 stellam eius in oriente. & uenimus adorare eum. Au-  
 diens autem herodes rex turbatus e. & omnis hierosoli-  
 ma cum illo. Et congregans omnes principes sa-  
 cerdotum & scribas populi. sciscitabatur ab eis ubi xp̄s  
 nasceretur. At illi. dixerunt ei. In bethleem iudee. Sic  
 enim scriptū e. p̄ prophētā. Et tu bethleem terra iuda.  
 nequaquā minima es in principib; iuda. Ex te enim  
 exiit dux. qui reget populū meum isrl̄. Tunc herodes  
 clam uocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus  
 stelle. quae apparuit eis. Et mittens illos in bethleem.  
 dixit. Ite. & interrogate diligenter de puero. Et cum

In ueneritis renuntiate mihi. ut & ego ueniens adorem eum.  
Quicum audissent regem. abierunt. Et ecce stella quam  
uiderant in oriente antecedebat eos. usq; dum ueniens staret  
supra ubi erat puer. Uidentes autem stellam. gauisi  
sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum. in  
uenerunt puerum cum maria matre eius. Et procedentes  
ad offerunt eum. Et aptis thesauris suis. obtulerunt  
ei munera. Aurum. thur. & mirram. Et responso  
accepto in somnis ne redirent ad herodem. per aliam uiam  
regressi sunt in regionem suam.

Quicum recessisset. postea quam impletis sunt dies purgati  
onis marie secundum legem moysi. tulerunt illum in  
hierusalem ut sisterent eum domino. sicut scriptum est. in lege  
domini. Quia omne masculinum adaperient uuluum.  
semper aut eis domino uocabitur. Et ut darent hostiam.  
secundum quod dictum est. in lege domini. Pastur  
turum. aut duos pullos colubarum. Et ecce homo erat  
in hierusalem. cui nomen symeon. Et homo iste iustus  
& timoratus. expectans consolationem israhel. & spiritus sanctus  
in eo. Et responsum acceperat a spiritu sancto. non uisurum  
se mortem. nisi prius uideret christum domini. Et uenit  
in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum iherum pa  
rentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis  
pro eo. & ipse accepit eum in amplexus suos. & bene  
dixit dominum & dixit. Nunc dimittis seruum tuum domine.  
secundum uerbum tuum in pace. Qui uiderunt oculi  
mei salutarium. quod parasti ante faciem omnium

populorū. Lumen adreuelationē gentium. & gloriā plebis tue  
 isrl. Et erat pater eius & mater mirantes. sup his quae di  
 cebantur de illo. **E**t benedixit illis simeon. & dixit  
 ad mariam matrem eius. **E**cce positus ē. hic in ruina &  
 resurrectionē multorū isrl. & in signū cui contradicetur.  
**E**t tuā ipsius animā p̄transi & gladius. ut reuelentur ex mul  
 tis cordibus cogitationes. **E**t erat anna prophēssa filia  
 fanuel de tribu aser. Haec processerat in dieb; multis. &  
 uixerat cum uiro suo annis septem a uirginitate sua. **E**t  
 haec uidua usq; ad annos. LXXXIII. quae nondiscedebat  
 de templo ieiunis & obsecrationib; seruiens nocte ac die. **E**t  
 haec ipsa ora sup ueniens confitebatur dño. & loquebatur  
 de illo omnib; qui expectabant redemptionē hierusalem.  
**E**t ut p̄fecerunt omnia secundū legem dñi. **XXXIIII. DIE.**  
**E**T ECCE ANGELUS DÑI APPARUIT. IN SOMNIS  
**IOSEPH. DICENS.**  
**S**urge & accipe puerū & matrē eius. & fuge in aegyptum.  
**E**t esto ibi usq; dum dicā tibi. **F**uturum est enim. ut  
 herodes quaerat puerū ad p̄dendū eum. **Q**ui consurgens.  
 accepit puerū & matrē eius nocte. & recessit in aegyptū.  
**E**t erat ibi. usq; ad obitū herodis. **U**t adimpleretur quod  
 dictum ē. ad dño p̄ prophētā dicentem. **E**x aegypto uocaui  
 filium meū. **T**unc herodes uident qm̄ in iherosolimis. & magis. **I**  
 iratus ē ualde & mittens occidit omnes pueros. qui erant  
 in bethleem & in omnib; finib; eius ab imatu & infra. secun  
 tempus quod exquisierat a magis. **T**unc adimplerum est  
 quod dictū ē. p̄ hieremiā prophētā dicentem. **U**ox in rama

audita est ploratus & ululatus multus. Rachel plorans filios  
suos. Et noluit consolari quia non sunt. Defuncto  
autem herode. ecce apparuit angelus dñi in somnis ioseph in  
aegypto dicens. Surge & accipe puerum & matrem eius & uade  
in terram israh. Defunctis sunt enim qui querebant animam pueri.  
Qui surgens. accepit patrum & matrem eius. & uenit in terram israh.  
Audientem autem quod archelaus regnaret in iudea. pro herode patre  
suo. timuit illuc ire. Et admonitus in somnis. secessit in  
partes galilee. Et ueniens habitauit in diuitate quae uocatur  
nazareth. Ut adimpleretur quod dictum est per prophetam. quoniam  
nazareus uocabitur. **Luc. diē**  
**P**UER AUTEM CRESCEBAT ET CONFORTA  
**B**ATUR PLENVS SAPIENTIA. ET GRATIA DŌ  
**ERAT IN ILLO.**  
Et ibant parentes eius per omnes annos in hierusalem.  
in die sollempni paschae. Et cum factus esset annorum  
duodecim. ascendit illis in hierusalem secundum con  
suetudinem die festi. Consummatisq; dieb; cum rediret  
remansit puer ih̄s in hierusalem. & non cognouerunt pa  
rentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu  
uenerunt iter diei. & querebant eum inter cognatos & notos.  
Et non inuenientes. regressi sunt in hierusalem requirunt eum.  
& factum est post triduum inuenierunt illum in templo sedentem  
in medio doctorum. audientem illos & interrogantem eos.  
Stupebant autem omnes qui eum audiebant super pruden  
tia & responsis eius. Et uidentes admirati sunt.  
Et dixit mater eius ad illum. Fili. quid fecisti nobis sic

39  
Eccē pater tuus & ego dolentes quaerebamus te. Et ait  
ad illos. Quidē quod me quaerebatis. Nesciebatis quia in  
his quae patris mei sunt oporēt & me esse. & ipsi non intellexe-  
runt uerbū quod locutus ē. ad illos. Et descendit cum eis.  
& uenit nazareth. & erat subditus illis. Et mater eius  
conseruabat omnia uerba haec. In corde suo. Et ih̄s pro-  
ficiebat sapientia & aetate & gratia apud d̄m & homines.

**INCIPIT DE PREDICATIONE IOHANNIS  
NARRARI INCIPIT. CUM OMNES QUATTUOR COMMEMO-  
RANT.**

**N**am & matheus post illa uerba quae ultima eius posuit. ubi  
commemorauit ex propheta testimoniū quoniam nazareus uoca-  
bitur. sequitur & adiungit. **IN DIEBUS AUTEM ILLIS  
UENIT IOHANNES BAPTISTA PREDICANS. IN  
DESERTO IUDAEA ET CETERA.**

hic usq; math  
& lucē soli currunt.  
hinc & iā  
omnes quattuor

**E**t marcus qui nihil de natiuitate uel infantia uel pue-  
ritia dñi narrauit. hinc euangelij sumpsit initium  
idē iohannis predicatione. Sic enim exorsus ē.  
**INITIUM EUANGELII. IHU XPI FILII DNI SICUT  
SCRIPTUM EST IN ESAIA PROPHETA.**

**E**cce mitto angelū meum antefaciēntiā. qui p̄parabit  
uiam tuam. Vox clamantis in deserto. parate uiam dñi.  
rectas facite semitas eius. Fuit iohannes in deserto  
baptizans & predicans baptismū paenitentiae. In re-  
missionem peccatorū & cetera. Et lucas post uerba  
ubi ait. & ih̄s proficiebat sapientia & aetate & gratia  
apud d̄m & homines. de iohannis p̄dicatione iā sequit̄ dicens.

**ANNO AUTEM QUINTODECIMO IMPERII TIBERII  
CAESARIS PROCURANTE PONTIO PILATO.**

Iudeam tetrarcha autem galileae herode philippo autem fra-  
tre eius tetrarcha ityriae & trachonitidis regionis & lisania  
abilinat tetrarcha sub principibus sacerdotum anna &  
chaipha factum est uerbum dñi sup iohannē zachariam  
filium in deserto & cetera. Iohannes quoque apostolus in  
euangelistis quattuor eminentissimus postea quam dixit  
de uerbodī. quē ipse filius ante omnia saecula creaturū quia omnia  
p ipsum facta sunt. Intulit continuo de iohannis p̄dicatione  
ac testimonio dicens: **FUIT HOMO MISSUS AD  
CUI NOMEN ERAT IOHANNES.**

Vnde iam uidendū ē. de ipso iohanne. quattuor euangelistarū  
narrationes quemadmodum inter se nondiscedent. Non ut  
hoc a nobis p omnia requiratur aut exigatur quomodo feci-  
mus de primordis nati ex maria xpi. quemadmodum in  
ter se mattheus lucasque consentiant. ut ex utriusque narra-  
tione unam faceremus. demonstrantes tardioribus quemlibet  
eorum commemorando quod alter tacet. uel tacendo quod aliter  
comemorat non impedire intellectum ueracis narrationis  
alterius. Ut hoc exemplo. si ut ante factū ē. si ut alio modo  
commodius fieri possit. uideat unusquisque & in ceteris talibus  
locis fieri posse quod hic factum esse perspexerit. Iam  
ergo ut dixi uideamus quattuor euangelistarū de baptista  
iohannē consensū. Mattheus ita sequitur.

**IN DIEBUS AUTEM ILLIS UENIT IOHANNES BAPTISTA  
PREDICANS IN DESERTO IUDAEAE. MARCUS NON DIXIT IN ILLIS DIEBUS**

quia nullā seriem rerum antepromiserat. In quatuor rerum dieb;  
intellegeretur dicere & dicere in illis diebus. Lucas autem  
p potestates terrenas signatius ipsa tempora ex pressit p dica  
tionis uel baptismi iohannis dicens.

**ANNO AUTEM QUINTO DECIMO IMPERII TIBERII CAESARIS.**

Procurvite pontio pilato iudaea. tetrarcha autem galileae  
herode. philippo autem fratrecius, tetrarcha ityriae & traco  
nitidis regionis. & lisania abilinae tetrarcha. sub principib;  
sacerdotum anna & chaifa. factū ē. uerbū dī sup iohannem  
zachariae filiū in deserto. Nectamen intellegere debemus  
hos dies. id est hoc tempus harum potestatu significasse  
mattheū cum dicere in illis dieb;. sed in multo longioris  
temporis spatio uoluisse accipi quod ait illis diebus.

Mox enim ut narrauit. regressū de aegypto xpm̄ in ostuo  
herode. quod utiq; tempore infantie uel pueritiae eius  
factum ē. ut possit constare quod lucas de illo. Cum duo  
decim annorū esset. gestū narrauit in templo hierusalem

Cum ergo infantē uel puerū ex aegypto reuocatū cōmemoras  
set mattheus. continuo intulit. **IN DIEBUS AUTEM  
ILLIS UENIT IOHANNES BAPTISTA.**

Non utiq; tantū modo pueritiae illius dies insinuans.  
sed omnes dies ab eius natiuitate usq; ad tempus quo p  
dicare ac baptizare coepit iohannes. qm̄ tempore xpi aetas  
iuuenilis inuenitur. quia coeui erant ipse & iohannes.  
& triginta ferme annorū narratur fuisse cum ab illo  
baptizatus esset. VII.

& quo

**SED PLANE DE HERODE SOLET MOUERE NULLOS.**



Quod lucas narrauit in diebus baptisimi iohannis herodem  
fuisse tetrarcha galileae. quando & iā dñs iuuenis baptizatus ē.  
Mattheus autem mortuo herode dicit puerum ih̄m ab aegypto  
remesse. Quod utriq; uerum esse non potest. nisi duo  
fuisse intellegantur herodes. Quod cum fieri potuisse  
nemo nesciat. qua caecitate insanant. qui pro cluiores sunt  
ad calūniandū euangelicā ueritati. quam paululum consi  
deratiores. ut duos homines eodem uocabulo apellatos in  
tellegant cuius rei exemplis plenasunt omnia. Nam iste  
posterior herodes. prioris herodis filius fuisse phibetur.  
Sicut archelaus. quem mattheus in iudeae regnū patre  
mortuo successisse commemorat. Sicut philippus quem  
fratrē tetrarchae herodis & ipsum taurae tetrarcham  
lucas insinuat. Rex enim fuit herodes ille qui quaere  
bat animā pueri xpi. Herodes autem alius filius eius.  
non rex sed tetrarcha dicitur. ē. quod nomen grecum a parte  
regni quastec inditum resonat.

#### **viii NISI FORTE HINC RURSUS QUI SPILAM MOUENTUR**

Cum mattheus dixerit. ideo timuisse ioseph cum puero  
rediente ire in iudeam quia pro patre suo herode archelaus  
filius eius ibi regnabat. quomodo potuit ire in galileā  
ubi alius filius eius herodis tetrarchae erat sicut lucas  
testatur. Quasi uero ipsa sint tempora quibus tunc  
puer<sup>us</sup> timebatur quae nunc lucas commemorauit.

Quae usq; adeo muta<sup>ta</sup> erant. ut in ipsa iudea non iam  
rex esset archelaus. sed pontius pilatus qui non rex  
iudeorū sed p̄ses erat. Cuius temporib; agendis

41  
sub tiberio caesare filii maioris herodis non regnum  
habebant. sed tetrarchā. Quod utiq; nondum factum  
erat. quando ioseph timens archelaum in iudea regnantem  
se in galileā cum puero intulit. ubi & ciuitas eius erat  
nazareth. **VIII. AN FORTE HOC MOUET  
QUOMODO DIXIT MATTHEUS**

Propterea cum puero ihū parentes eius isse in galileam.  
quia metu archelai in iudeā ire noluerunt. Cum propterea  
magis isse in galileā uideantur. quia ciuitas eorū erat  
nazareth galileae sicut lucas non tacuit. Sed intellegen-  
dum ē. ubi angelus in somnis in aegypto dixit ad ioseph.  
surge & accipe puerū & matrem eius & uade in terram isrl.  
sic intellectum esse primo a ioseph. ut putaret iussum se  
esse pergere in iudeam. Ipsa enim primitus intellegi po-  
tuit terra isrl. Porro autem postea quā comperit illic  
regnare filiū herodis archelaū. noluit obicere se illi  
periculo cum possit & terra isrl & iam sic intellegi ut gali-  
lea illic deputaretur. quia & ipsā populus isrl incolebat.  
Quam quam & alio modo solui possit haec questio. Quia  
potuit uideri parentib; xpī cum puero de quotalia per  
angelica responsa cognouerunt non esse habitandum  
nisi in hierusalem ubi erat templū dñi. & propterea  
redeuntes ex aegypto illuc eos ituros fuisse & illic habita-  
turos. nisi archelai presentia terrentur. Neq; enim  
diuinitus iubebantur ibi habitare. ut de archelao quod  
timebant deberent contempnere. **X AN ET ALI  
QUIS HOC DIXIT QUOMODO ERGO SICUT**

**LUCAS NARRAT IBANT PARENTES EIUS PER  
OMNES ANNOS PUERITIAE XPI IN IERUSALEM.**

**S**i archelai timore illuc prohibebantur accedere. Hoc mihi  
dissoluerit non esse difficile. nec si aliquis euangelistarū  
ex professo. & quam diu ibi regnarē archelaus. Fieri  
enim poterat ut p̄ diem festum inter tam ingentē turbā  
latenter ascenderent mox reuersuri. ubi tamen aliis dieb;  
habitare m̄gnerent. ut nec sollemnitate p̄termissa essent  
in religiosi. nec continua mansione conspicui. **C**um uero  
etia de regno archelai quā fuerit diuturnū omnes tacuerūt.  
iste quoq; intellectus patet. ut quod lucas dicit p̄ omnes  
annos eos ascendere solitos in hierusalē. Tunc accipiamus  
factitatum cum iam non timeretur archelaus. **Q**uod si  
archelai regnū aliquanto diuturnius ulla p̄ter euangeliū  
prodit historia cui fides habenda uideatur. illud quod  
superius dixi suffecerit. quod ita timebant parentes  
pueri habitationem in hierusalē. ut tamen propter di  
timorem festiuitatem sollemnem non p̄mitterent. In  
qua latere facillime possent. Neque enim incredibile ē.  
captatis temporib; oportunis uel dierū uel horarum  
accedere homines ad aē loca. In quib; esse formidant.

**X HINC ETIĀ ILLA SOLUITUR QUAESTIO  
SI ALIQUEM MOUET CŪ IAM SOLLICITUS  
ESSET ILLE MAIOR HERODES PERCULSUS  
MACORŪ NUNTIO QUOD REX IUDAEORUM  
NATUS FUISSET. Quomodo p̄erint completis  
dieb; purgationis matris eius tuto cum illo ascendere.**

Intemplū ut fierent circa eum secundum legendū quatuor  
 cas commemorat. Quis enim non uideat & iā illū unum  
 diem regem multis occupatū latere potuisse. Si autem  
 illud ueri simile non uideatur quod herodes qui ualde solli  
 citus expectabat quid sibi magi de puero renuntiarent.  
 post tā multos dies se sensit inlūsum. ut transacto tempo  
 re purgationis matris eius. & pacta circa infantē sollemni  
 tate primogenitorū Intemplo hierusalē. post & iam  
 profectionem eorū In aegyptum In mentē illi uenerit. que  
 rerē animā pueri. & necare tot paruulos. Si hoc ergo  
 mouet. omitto dicere quot & quantis occupationibus  
 regia cura distendi potuerit. & p̄ plurimos dies ab illa In  
 tentione uel aucti omnino uel Inpediri. Neq; enim  
 enumerari possunt causae quibus hoc potuerit <sup>accidere.</sup> Quas  
 tamen multas & magnas esse potuisse. nemo Itarum  
 humanarū In expectus est. ut aut negat aut dubitet.  
**C**uius enim cogitationi non occurrat quam multa alia  
 terribiora regi nuntiari potuerint seu uera seu falsa.  
 Aut qui regem infantē post aliquot annos sibi uel filius  
 suis aduersaturū timuerat. aliquorū magis propinquantiū  
 periculorū terrorib; agitatus ab illa cura mentē abreptā.  
 In aliis proxime cauendis potius occuparet. Ut ergo  
 haec omittā. illud dico postea quam nihil herodi magi  
 renuntiauerunt eum credere potuisse illos fallacis telle  
 uisione deceptos. postea quam non inuenierunt quem  
 natum putauerant. erubuisse ad se redire. atq; Itaeum  
 timore depulso ab inquirendo ac p̄sequendo puero quiteuisse.

Cum ergo post purgationē matris eius. in hierusalem cum illo  
uenissent. & ea gesta essent in templo quae aluca narrantur.  
quia uerba simeonis & annae de illo prophētiam cum  
coepissent ab eis qui audierant p̄dicari. ad pristinā inten-  
tionem reuocata erant animū regis. Admonitus per  
somnia ioseph. cum infante & matre eius fugit in aegyptū.

Deinde uulgatis rebus quae in templo factae dictaeq;  
fuerant. herodes se magis sensit inlusum. Adde-  
re ad xpi mortem cupiens puenire. multos infantes  
sicut mattheus narrat occidit. Mattheus ergo  
de iohanne ita contexit. **XII**

**IN DIEBUS AUTEM ILLIS UENIT IOHANNES  
BAPTISTA. PREDICANS IN DESERTO IUDAEA ET**

**DICENS.** Paenitentia agite. adpropinquauit enim  
regnū caelorum. Hic ē enim qui dictus ē. p̄ esaiam pro-  
phētā dicentē. Vox clamantis in deserto parate uia  
dñi. rectas facite semitas eius. Marcus quoq; & lucas  
consentiunt hoc esaię testimoniū esse de iohanne.

Nam plura uerba & iam consequentia ex eodem prophēta  
lucas commemorauit. cum de baptista iohanne narrat.

Iohannes autem euangelista ipsum iohannē baptistam  
de se ipso idem testimonium esaię protulisse cōmemorat.  
sicut nunc mattheus dixit quaedam iohannis uerba  
quae alii non dixerunt. Praedicans inquit in deserto  
iudaeae & dicens. Paenitentia agite. adpropinquauit  
enim regnū caelorum. Haec uerba iohannis alii p̄ter-  
miserunt. Jā uero quod sequitur mattheus & adiungit.

Hic est enim quid dictus. e. per esaiam proph&am dicentem.

Vox clamantis in deserto parate uiam dñi. rectas facite  
semitas eius. Ambiguit positum est nec eluc& utrum ex  
persona sua idem mattheus hoc comemorat<sup>ueri</sup>. an adhuc  
uerba eius dem iohannis secutus adiunxerit. ut totum  
hoc iohannes dixisse intellegatur.

Poenitentiam agite adpropinquabit enim regnum caelorum.

Hic e enim quid dictus. e. p esaiam proph&am & c&era.

Neque enim hoc mouere deb&. quia non ait ego. su enim  
quid dictus sum p esaiam proph&am sed ait. Hic e enim  
quid dictus e; Sol& quippe esset alius locutio & ipsorum  
euangelistarum matthei & iohannis. Nam & mattheus  
dixit. Inuenit hominem sedentem in teloneo. nec  
dixit. Pie inuenit me. Et iohannes hic e. Inquit  
discipulus qui testimonium p hib& de his. & scripsit haec.  
& scimus quia uerum e testimonium eius. Non dixit  
ego sum aut uerum est testimonium meum. Dñs aut  
ipse saepissime dicit filius hominis aut filius di.  
& non dicit ego. Et oportebat inquit xpm pati  
& resurgere tertia die. Non ut oportebat me pati. Po  
tuit ergo & iohannes baptista cum dixisset agite peniten  
tiam adpropinquabit enim regnum caelorum. de se ipso  
adiungere quae sequuntur. Hic est enim quid dictus. e.  
p esaiam proph&am & c&era. Ut post uerba eius. mattheus  
ita narratione contexat. Ipse autem iohannes habe  
bat uestimentum de pilis camelorum & c&era. Quod si  
ita est. non mirum si & interrogatus quid diceret de se ipso

⁊ baptizabant in iordane ab eo

sicut narrat iohannes euangelista. **E**go ait uox clamantis in deserto. sicut iam dixi erat precipiens ut agerent penitentiam. De uestitu ergo eius & uictu ita mattheus sequitur dicens. Ipse autem iohannes habebat uestimtum de pilis camelorum. & zonam pelliciam circa lumbos eius. **E**scam autem eius erat locusta. & mel siluestre edebat. Hoc & marcus dicit pene totidem uerbis. **C**eteri autem duo tacent. Sequitur ergo mattheus & dicit. Tunc exiit ad eum. hierusolima & omnis iudaea & omnis regio circa iordanem. confitentes peccata sua. Uidens autem multos pharisaeorum & saduceorum uenientes ad baptismum suum. dixit eis. Progenies uiperarum quis demonstrauit uobis fugere ab ira futura. Facite ergo fructum dignum penitentiae. & ne uelitis dicere in tra uos <sup>uam</sup> patrem habemus abraham. <sup>est</sup> Dico enim uobis quoniam potens deus ex lapidibus istis suscitare filios abraham. Jam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor que non facit fructum bonum. excidetur & in ignem mittetur. **E**go quidem uos baptizo in aqua in penitentia. qui autem post me uenturus est. fortior me est. cuius non sum dignus calciamenta portare. ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. **C**uius uentilabrum in manus sua. & per mundabit aream suam. & congregabit triticum suum in horreum. paleas autem conburnet in igni inextinguibili. Hec omnia dicit. & licet eadem pene uerba iohannis exprimens. **E**t ubi aliquid uarium est in uerbis. ab eadem tamen sententia non receditur. **U**elut cum dicit mattheus iohannem

Ille autem. & nec oportet dicere patrem habemus abraham:  
 dixisse. & ne uelitis dicere in tra uos patrem habemus abraham.  
 iste ego quidem uos baptizo in aqua in paenitentia. Ille inter  
 ponit interrogationē turbarum quid facerent. & eis respon  
 dentem iohannē de bonis operib; tamquā de fructib; paeni  
 tentiae. quod mattheus omisit. Deinde in cordibus suis  
 cogitantib; de illo utrum ipse esset xp̄s. eum dicit respon  
 disse. Ego quidem aqua baptizo uos. Non dixit in  
 paenitentia. Deinde mattheus qui autem inquit post me  
 uenturus ē. fortior me est. Ille uero uenit autem inquit  
 fortior me. Item mattheus. Cuius non sum inquit dignus  
 calciamenta portare. Ille autem. Cuius non sum dignus  
 soluere corrigiam calciamentorū. Quod & marcus dicit  
 cum cetera taceat. Nam habitum & uictum eius secutus  
 ait. Et predicabat dicens. Venit fortior me post me.  
 cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam  
 calciamentorum eius. Ego baptizo uiuos aqua. ille uero  
 baptizabit uos spū scō. De calciamentis ergo. hoc aliud  
 iste. quod addidit procumbens. De baptismo autem hoc  
 ab utroq; quia non dixit & igni. sed tantū spū scō. Sicut  
 enim mattheus. ita & lucas dixit. & eodem ordine ipse  
 uos baptizabit in spū & igni. Nisi quod lucas non ad  
 didit scō. sicut mattheus dixit in spū scō & igni. His  
 tribus adtestatur iohannes euangelista cum dicit.

post commemoratū

Iohannes testimoniū p̄hibet de se ipso. & clamat dicens.  
 Hic erat quem dixi. qui post me uenit ante me factus est  
 quia prior me erat. Sic enim ostendit tunc eum dixisse.  
 quando eum illi dixisse commemorant. Rep̄kisse



autem & commemorasse. quod iam dixisset cum ait.  
Hic erat quem dixi. qui post me uenit. Si ergo queritur  
quae uerba potius iohannes baptista dixerit. utrumq.  
mattheus an quae lucas eum dixisset commemorat. an  
quae marcus in ipsis paucis quae illum dixisset posuit  
tacens cetera. nullo modo hic laborandum esse iudicat  
qui prudenter intellegit ipsas sententias esse necessarias  
cognoscendae ueritatis. quibus libet uerbis fuerint ex  
plicatae. Quod enim aliis alium uerborum ordinem  
tenet. non est utiq; contrarium. Neq; illud contrarium.  
si aliud dicit. quod aliis premitit. Ut enim quisq;  
meminerit. & cuiq; cordi erat uel breuius uel prolixius.  
eandem tamen explicare sententiam. Ita eos explicasse  
manifestum est. Et in hoc satis apparet quod ad rem  
maxime pertinet. qm̄ ueritas euangelii uerbo di quod supra  
omnem creaturam aeternum atq; incommutabile permanet.  
per creaturam temporalibus signis & linguis hominum dis  
pensatum summum culmen auctoritatis obtinuit. non  
nos debere arbitrari mentiri quemquam. si pluribus rem  
quam audierunt uel uiderunt reminiscantibus. non eodem  
modo atq; ipsis uerbis eadem tamen res fuerit indicata.  
ut siue mattheus ordo uerborum. siue alia pro aliis quae  
tamen idem ualeant uerba proferantur. Siue aliquid  
uel quod recordanti non occurrit. uel quod ex aliis quae  
dicuntur possit intellegi minus dicatur. Siue aliorum  
quae magis dicere statuit narrandorum gratia. ut  
congruus temporis modus sufficit aliquid sibi non

totum explicandum, sed ex parte tangendum quisq; suscipiat. Siue ad illuminandam declarandāq; sententiā nihil quidem rerum, uerborū tamen aliquid addat, cui auctoritas narrandi concessa ē. si uerem bene tenens non adsequatur. Quae uis id conetur memoriter & iam uerba quae audiuit ad integrū enuntiare? Quisquis autem dicit euangelistis ceste p̄ sp̄r̄ sc̄i potentiā id debuisse concedi, ut nec in genere uerborū nec in ordine nec in numero discreparent. Non intellegit quanto amplius euangelistarū excellit auctoritas, tanto magis p̄ eos fuisse firmandā ceterorum hominū uerballoquentiū securitatem, ut pluribus eandem rem forte narrantib; nullomodo quisquam eorum mendacio recte arguatur si ab altero ita discrepauerit, ut possit & iam euangelistarū exemplo precedente defendi. Cum enim fas non sit euangelistarum aliquem mentitum fuisse uel ex istimare uel dicere, sic apparebit nec eum fuisse mentitum, cui recordanti tale aliquid acciderit, quale illis accidisse monstratur. Et quanto magis ad mores optimos p̄tinēt cauere mendaciū, tanto magis tam eminenti auctoritate regi debebamus, ne putaremus esse mendacia cum sic inter se uariari aliquoq; narrationes inueniremus, ut inter euangelistas uariatesunt.

Simul & iam quod ad doctrinā fidelem maxime p̄tinēt intellegeremus, non tam uerborum quam rerum querendā uel amplectendā esse ueritatem, quando eos qui non eadem locutionē utuntur cum reb; sententiisq;, non discrepant, in eadem ueritate constitisse adprobamus.

Quid ergo in his quae de narrationibus euangelistarum  
conlata proposui putandum est esse contrarium? An quod  
alius dixit. Cuius non sum dignus calciamenta postare.  
Alii uero corrigiam calciamenti soluere. Non enim uerbis  
aut uerborum ordine. aut aliquo genere locutionis. sed & iā  
re ipsa uidetur. aliud esse calciamenta postare. aliud cor-  
rigiam calciamenti soluere. Merito ergo quaeripotest  
quid iohannes dixerit. non se dignum esse. utrum calcia-  
menta postare an corrigiam calciamenti soluere. Si enim  
alterum horum dixit. ille uerum uidetur narrasse qui  
hoc potuit narrare quod dixit. Qui autem aliud. & si  
non ē. mentitus. certe uel oblitus aliud pro alio dixisse  
putabitur omnem autem falsitatem abesse ab euangelistis  
deceat. Non solum ea quae mentiendo promittitur. sed & iā  
eam quae obliuiscendo. Itaque si ad rem pertinet aliquid  
aliud intellegere ex eo quod dictum est calciamenta postare.  
& aliquid aliud ex eo quod dictū ē. corrigiam calciamenti  
soluere. quid aliud accipiendū recte existimaueris. nisi  
iohannem utrumque dixisse. siue aliud alio tempore siue  
contextim. Potuit enim sic dicere. cuius non sum dig-  
nus corrigiam calciamenti soluere. Nec calciamenta postare.  
ut unus euangelistarū hinc aliud. alii uero aliud. omnes  
tamen uerum narrauerint. Si autem nihil intendit  
iohannes cum de calciamentis dñi diceret nisi  
excellentiā eius & humilitatē suam. quod libet horū dixe-  
rit. siue de soluenda corrigia calciamentorum. siue de  
postandis calciamentis. eandem tamen sententiā

tenuit. quis quis & iam uerbis suis p̄ calciamentorū commemorationem. eandem significationem humilitatis expr̄ssit. Unde ab eadem uoluntate non errauit. Ut illis igitur modus & memoriae maximae commendandus. cū de conuenientia discimus euangelistarum non esse mendaciū. cum quisq; & iam dicens aliquid aliud quod & iā ille non dixit de quo aliquid narrat. uoluntatem tamen & iā hanc explicat quam & iā ille qui eius uerba commemorat. Ita enim salubriter discimus. nihil aliud esse querendum. quā quid uelit ille qui loquitur. Sequitur autē mattheus & dicit.

**XIII. TUNC UENIT IHS. AD IORDANEM AD IOHANNEM. UT BAPTIZARETUR A EO.**

**I**ohannes autem prohibebat eum dicens; Ego autē debeo baptizari & tu uenis ad me. Respondens autem ihs. dixit ei; sine modo. Sic enim deus & nos implere omnē iusticiam; Tunc dimisit eum & ceteri uenisse ihs ad iohannem. Baptizatū autem tres commemorant. sed tacent quod mattheus ait dixisse dño iohannem. uel iohannidn̄m respondisse. Deinde sequitur mattheus. **XIII.**

**BAPTIZATUS AUTē CONFESTIM ASCENDIT DE AQ; ET ECCE APESTICAELI.**

**E**t ecce apesticaeli. & uidit sp̄m dī descendente sicut colubā uenientem sup se; Et ecce uox de caelis dicens;

**H**ic est filius meus meus dilectus In quo mihi conplacet; Hoc & alii duo marcus & lucas similiter narrant; Sed de uerbis uocis quae de caelo factae. uariam locutionem. salua tamen sententia; Quod enim mattheus ait dictum. hic est filius meus dilectus; & alii duo dicunt. tuus filius

meus dilectus. ad eandem sententiā explicandā ualeat sicut  
superius tractatum est. Uox enim caelestis unum horū  
dixit. Sed euangelista ostendit uoluit ad id ualere  
quod dictum ē. hic est filius meus. ut illis potius qui  
audiebant indicaretur quod ipse est filius dauid. Atq;  
ita dictum referre uoluit Tu es filius meus. ac si illis  
diceretur. hic est filius meus. Non enim xpo indicabat  
quod sciebat. sed audiebant qui aderant. propter quos  
& iam ipsa uox facta est. Jam uero quod alius dicit in  
quo mihi conplacui. alius in te conplacui. alius in te  
conplacuit mihi. si quid erit quid horum in illa uoce  
sonuerit. quod libet accipiendū. dum modo intellegat  
eos qui non eandem locutionem reuelerunt. eandem  
reuelis se sententiā. Quae diuersitas locutionum.  
ad hoc & iam utilis ē. ne uno modo dictum minus intel  
legatur. & aliter quam se res habet interpretetur. Quod  
enim dictum est in quo mihi conplacui. si uelit quis ista  
intellegere. ut dicitur in filio sibi placuisse uideatur. ad  
monetur ex eo quod dictum est in te conplacui. Si rur  
sus <sup>hoc</sup> ex uno intellegat quisq; in filio patrem placuisse  
hominibus. admonetur. ex eo quod dictum est in te conpla  
cui mihi. Ex quo satis apparet quilibet  
euangelistarum caelestis uocis & iam uerba tenuerit.  
alios ad eandem sententiā familiariter explicandam  
uerba uariasse. ut intellegatur hoc dictum esse ab omnibus  
tamquā diceretur in te placitum meum constitui.  
hoc est peccare gerere quod mihi placeat. Illud uero quod

47  
non nulli codices habent secundum lucam. hoc illa uoce  
sonuisse. quod in psalmo scriptum est. filius meus es tu.  
ego hodie genuite. quam quam in a<sup>n</sup>ti antiquioribus  
codicibus grecis non inueniri phibeatur. Tamen si aliqui  
bus fide dignis exemplarib; confirmari possit. quid  
aliud quam utruq; intellegendū est quod libet uerborū  
ordine de caelo sonuisse. XV

## QUOD AUTEM SECUNDUM IOHANNEM

### DE COLUMBA DICITUR.

Non quando factum ē  
narratur. sed uerba iohannis baptistae referuntur com  
memorantis quid uiderit. In quo quæritur quemadmodū  
dictum sit. & ego non nouerā eum. sed qui misit me bap  
tizare in aqua ille mihi dixit. Super quem uideris spm  
descendentem & manentem super eum. hic est qui baptizat  
in spū scō. Si enim tunc eum cognouit cum columbā  
uidit descendentem super eum. querendum est quomodo  
dixerit uenienti ut baptizaretur. Ego magis a te deo  
baptizari. Hoc enim ei dixit antequam columba des  
cenderet. Ex quo apparet quamuis eum iam nosset.  
Nam & iam & in utero matris exultauit. Cum ad elisab<sup>e</sup>th  
maria uenisset. Aliquid tamen in eo quod non dum  
nouerat columbae descensione didicisse. Quod ipse  
scilicet baptizaret in spū scō propria quadam & diuina  
potestate. ut nullus homo qui accepisset adō baptismum.  
& iam si aliquem baptizaret. posset dicere suum esse quod  
traderet. uel a sedari spm scm. Sequitur mattheus & dicit.  
XVI. TUNC IHS DUCTVS EST IN DESERTU

**AB SPŪ UT TECTARETUR ADIABOLO.**

**E**t cum ieiunasset & xl diebus & xl noctibus; postea esurivit.  
**E**t accedens temptator. dixit ei. Si filius dī es. dic  
ut lapides isti panes fiant. Qui respondens. dixit.  
**S**criptum est. Non in pane solo uiuit homo sed in omni  
uerbo quod procedit de ore dī. & cetera usque ad id quod  
dictum est. Tunc reliquit eum diabolus. & ecce angeli  
accesserunt & ministrabant ei. Totum hoc similiter  
lucas narrat. & si non eodem ordine. Unde incertum est  
quid prius factum sit. utrum regna terrae prius de  
monstrata sint ei. & postea in pinna templi leuatus sit.  
An hoc prius. & illud postea. Nihil tamen ad rem.  
dum omnia facta esse manifestum sit. **E**t quod  
aliis uerbis eadem sententias lucas explicat. non se  
per commendandū est cum nihil deperat ueritati;

**M**arcus autem adtestatur quidem eum in deserto  
a diabolo esse temptatum quadraginta diebus & noctibus;  
sed tamen quidem dictum sit quid uerresponderit. Item  
quod lucas praetermisit. iste non tacuit. quod angeli  
ministrabant illi. **J**ohannes uero totum istum praetermi  
sit. Sequitur narrans mattheus. xvii.

**CUM AUTEM AUDISSET QUOD IOHANNES  
TRADITUS ESSET. SECESSIT IN GALILEAM.**

**H**oc & marcus dicit. Hoc & lucas. sed lucas de iohanne  
tradito nihil hoc loco dicit; **J**ohannes autem euangēta  
prius quam in galileam dicit petrum & andrea  
mansisse cum illo uno die. & tunc petro nomen

inpositum cum antea simon uocaretur, Sequenti autē die iam uolentem exire in galileam inuenisse philippū. & ei dixisse. ut sequeretur eum. **I**nde uentum est ut & iā denathanabel enanarē, **D**ie autem tertio in galilea constitutum. fecisse illud in canan de aqua in uinum conuersione miraculum, **Q**uae omnia ceteri euangelistae p̄termiserunt. id contextentes narrationib; suis. quod ihs reuersus sit in galileam; **U**nde intellegitur fuisse interpositos aliquot dies quib; illa de discipulis gestas. quae interponuntur a iohanne; **N**on est autem contrarium ei loco ubi mattheus narrat dñm dixisse p̄tro. **T**ues p̄trus & sup hanc p̄trā aedificabo ecclesiā meam. **N**eque enim hoc nomen tunc accepisse intellegendus est. sed tunc potius quando ei iohannes dictum esse commemorat. tunc uocaberis cephas. quod interpretatur p̄trus. ut eum hoc nomine apellarē postea dñs dicens. **T**ues p̄trus. **N**on enim ait. tu uocaberis p̄trus. sed tu es p̄trus. **Q**uod ei iam dictum erat antea. tu uocaberis. **D**einde contextit narrationem mattheus & dicit. **E**t relicta ciuitate nazareth. uenit & habitauit in capharnaum maritima. **I**n finib; zabulon & neptalim. & cetera quo usq; sermo terminetur quem habuit in monte; **I**n quo contextu narrationis. adtestatur ei marcus de discipulorum uocatione p̄tri & andrea. & paulo post iacobi & iohannis; **S**ed cum mattheus continuo coniungere narrationē prolixi illius sermonis quem in monte habuit. postea quam multos curauit & eum



multę turbę secuta est. Marcus interposuit alia. Quia  
docebat eos in synagoga. & stupebant sup doctrinam eius.  
Tunc ipse dixit. quod & mattheus post illū prolixum ser-  
monem. quia erat docens eos quasi potestatem habens &  
non sicut scribe. Narravit & iam de homine a quo  
expulsus est inmundus sp̄s. De socru p̄tri.  
**I**n his autem lucas ei consentit. Mattheus utro de  
isto daemonio nihil narravit. De socru autem p̄tri  
non tacuit. sed postea. In hoc autem loco quem nunc  
consideramus. idem mattheus post uocationem disci-  
pulorum quib; piscantib; iussit ut eum sequerentur.  
Narrat eum circuissē galileam docentem in synago-  
gis & predicantem euangelium. & sanantem omnē  
languorem. & collectis ad eum turbis ascendisse in  
montem. & usum fuisse illo sermone prolixo. Dat  
ergo locum intellegendi. Tunc facta esse. quam marcus  
post electionem eorundem discipulorum narrat. cum  
circuiret galileam. Et doceret in synagogis eorum.  
Tunc & iam de socru p̄tri. Sed eum postea comme-  
morasse quod p̄termiserat. quamuis non omnia  
p̄termissa in narrationem reuocauerit. Sane potest  
moueri quomodo iohannes dicat non in galilea sed  
iuxta iordanem primo andream secutum eē dñm  
cum alio cuius nomen tacetur. deinde p̄trum ab  
illo nomen accepisse. tertio philippam uocatum ut  
cum sequeretur. Ceteri autem tres euangelistę  
de piscatione uocatos dicunt. satis inter se conueniunt.

99  
MAXIME mattheus & marcus. Nam lucas andream  
non nominat. Qui tamen intellegitur in eanaui fuisse.  
secundum matthei & marci narrationem. qui breuiter  
hoc perstringunt quem admodum gestum sit. Quod  
lucas apertius explicauit. Commemorant sibi & iam  
miraculum sup̄ captura piscium. & quod ex ipsa nau  
dn̄r prius fuerit locutus ad turbas. Hoc & iam ui  
detur distare. quod tantum p̄ro ad n̄o dictum cōme  
morat. ex hoc iam homines eris capiens. quod illi am  
bobus fratrib; dictum esse narrarunt. Sed potuit  
utiq; prius hoc p̄ro dici cum decapta ingenti  
multitudine piscium. miratur quod lucas insinu  
auit. & ambobus postea quod illi duo commemo  
rauerunt. Illud ergo quod de iohanne diximus.  
diligenter considerandum est. Non enim parua  
repugnantia putari potest. cum & locorum plurimū  
inter sit. & temporis. & ipsius uocationis. Nam si iux  
ta iordanem antequam ih̄s iss̄e in galileam ad testimoniu  
iohannis baptistae secutus sunt cum duo. quorum erat  
unus andreas qui fratrem suum simonem continuo  
adduxit ad ih̄m. quando & nomen ut p̄rus uocatur  
accepit. quo modo ab aliis euangelistis dicitur quod  
eos in galilea piscantes inuenerit. atq; ad discipu  
latum uocauerit. Nisi quia intellegendum est non  
sic eos uidisse tunc dn̄m iuxta iordanem. ut & iam  
in se parabiliter cohaerent. sed tantū cognouisse  
quis ess̄e. eumq; miratos ad propria remeasse.

Nam & in galilea cum fecisset. de aqua uinum. dicit idem  
iohannes quod crediderint in eum discipuli eius. Quod  
ita narrat. Et die tertio nuptiae factae sunt in cana  
galileae. & erat mater ihu ibi. Uocatus est autem  
& ihu & discipuli eius ad nuptias. Qui utique si tunc  
in eum crediderunt. sicut paulo post dicit. nondum  
erant discipuli cum ad nuptias uocati sunt. Sed illo  
more locutionis hoc dictum est. quod loquimur cum  
dicimus apostolum paulum in tarso cilicia natum.  
Neque enim tunc iam erat apostolus. Ita discipulos xpi  
inuitatos ad nuptias cum audimus. non iam discipu-  
los. sed qui futuri erant discipuli intellegere debemus.  
Iam enim utique discipuli xpi erant. quando ista narrata  
atque conscripta sunt. & ideo sic de illis locutus est. tempo-  
rum praeteritorum narrator. Quod autem dicit  
idem iohannes. post hoc descendit caesarnum ipse  
& mater eius. & fratres eius & discipuli eius & ibi  
manserunt non multis diebus. Incestum est. utrum iam illi  
adhuc essent petrus & andreas & filii zebedei. Math  
enim primo narrat quod uenerit & habitauerit in  
caesarnum. & postea quod eos de nauibus piscantes  
e uocauerit. Iste autem. quod cum illo caesarnum  
uenerint discipuli eius. An forte mattheus quod  
praetermiserat recapitulauit. quia non ait ipse post  
hoc ambulans iuxta mare galileae uidit duos  
fratres. sed sine ulla consequentis temporis  
differentia. Ambulans autem inquit iuxta

mare galileae · uidit duos fratres · & cetera, Proinde fieri  
potest ut postea narrauerit · non quod postea factum erat ·  
sed quod prius p̄termiserat · ut cum illo intellegatur  
uenisse epharnaum · quod iohannes dicit & ipsum<sup>&</sup> matrem  
eius & discipulos eius uenisse, An potius alii discipuli  
fuerunt · sicut cum iam philippus sequebatur · quem sic  
uocauerat ut diceret ei sequere me, Quo enim ordine  
uocatisint omnes duodecim apostoli · In euangelistarum  
narrationib; non apparēt, Quando quidem non tantū  
ordo uocationis · sed nec ipsa uocatio commemorata est  
omnium · sed tantum philippi · & petri & andreae & filiorū  
zebedei & matthei publicani · qui & iam leui uocabatur,  
**S**ingillatim tamen ab eo nomen · & primus & solus petrus  
accepit, Nam filios zebedei · non singillatim sed simul  
ambos appellauit filios tonitru; Sane anim ad uesten-  
dum est · quod scriptura euangelica & apostolica · non solas  
illos duodecim appellat discipulos eius · sed omnes qui  
in eum credentes magisterio eius ad regnum caelorum  
erudiebantur, Ex quorum multitudine elegit duodecim  
quos & apostolos nominauit · sicut lucas commemorat ·  
**I**psē quippe paulo posuit · Et descendens cum illis ·  
stetit in loco campestri & turba discipulorum eius · &  
multitudo copiosa plebis · Non utiq; diceret turbam  
discipulorum eius homines duodecim, Aliis quoq;  
scripturarum locis hoc euidenter apparēt discipulos eius  
omnes appellatos · qui ab eo discerent · quod<sup>ad</sup> aeternam  
uitam pestinerēt · Quis enim autem potest quomodo

binos uocauerit. de nauicular piscatores. primo petrum  
& andream. deinde progressus paululum alios duos filios  
zebedei sic ut narrat. mattheus & marcus. cum lucas dicat  
ambas eorum nauicular implere magna illa captura  
piscium. sociosq; petri commemorat iacobum & iohannem  
filios zebedei uocatos ad adiuuandum eum retia ex trahere  
plena non possent. Simulq; miratos tantam multitu-  
dinem piscium quae capta erat. & cum petro tantum  
dixisset noli timere. ex hoc iam homines eris capiens.  
Simul eum tamen subductis ad terram nauibus secutor fuisse.  
Unde intellegendum est hoc primo factum esse quod  
lucas insinuat. nec tunc eos ad domino uocatos. sed tantum  
petro fuisse predictum quod homines esset capturus.  
Quod non ita dictum est. quasi iam piscet numquam esset  
capturus. Nam & post resurrectionem domini legimus  
eos esse piscatores. Dicitur ergo quod deinceps  
capturus esset homines. Non dicitur est quod iam non  
esset capturus piscet. Unde datur locus intellectus  
ad capturam piscium ex more remeasse. ut postea fieret  
quod mattheus & marcus narrant. quia uide eos binos  
uocauit. & ipse iussit ut eum sequerentur. Primo duob;  
petro & andrea. deinde alios duob; filios zebedei. Tunc  
enim non subductis ad terram nauibus; tanquam cura rede-  
undi. sed ita eum secuti sunt tanquam uocantem ac  
iubentem ut sequerentur. XVIII.

**ILLUD ETIAM REQUIRENDUM EST.  
QUOMODO IOHANNES EUANGELISTA ANTEQUAM**

57

**IOHANNES BAPTISTA MISSUS ESSET INCARCERĒ  
DICIT ISSE IN GALILEĀ.**

**P**ostea enim quam commemorauit. quod in chana galilee  
fecit de aqua uinum. & descendit capharnaum cum matre  
& discipulis & ibi manserunt non multis diebus. dicit  
eum. deinde ascendisse hierosolimam propter pascha.

Post haec uenisse in iudeam terrā & discipulos eius. & illic  
demoratum cum eis & baptizantem. Ubi secutus ait.

**E**rat autem & iohannes baptizans in eno iuxta salim  
quia aquae multae erant illic. & adueniebant & bapti-  
zabantur. Nondum enim missus erat in carcerem ioh.

**M**attheus autem dicit. Cum autem audissent quod  
iohannes traditus esset & secessit in galileam. Similiter  
& marcus. Postea autem traditus est inquit  
iohannes. uenit ih̄s in galileā. Lucas & iam nihil qui-  
dem dicit de tradito iohanne. sed tamen & ipse post  
baptismum & temptationem xp̄i dicit eum isse in gal-  
ileam sicut illi duo. Nam ita contexit narrationē suam.

**E**t consummata omnitemptatione. diabolus recessit  
ab illo usq; ad tempus. Et regressus est ih̄s in uirtute  
sp̄s in galileam. & fama exiit per uniuersā regionem  
de illo. Unde intellegitur hos tres euangelistas non  
iohannē euangelistat contraria narrasse. sed praeter-  
misisse primū dñi aduentum in galileam postea quā  
baptizatur. ē. quando illic aquam conuertit in uinum.

**T**unc enim nondum erat. traditus iohannes. Cum  
uero aduentum eius in galileā con- exisse narrationib; suis.

qui post iohannem traditum factus est. De quo eius reditu  
in galileam. & iam ipse iohannes euangelista sic loquitur.  
Ut ergo cognouit ih̄s quia audierunt pharisei quia ih̄s plu  
res discipulos facit & baptizat quam iohannes. quoniam quā  
ih̄s non baptizat sed discipuli eius. reliquit iudeam.  
& abiit iterum in galileā. Tunc ergo intellegimus iam  
fuisse traditum iohannem. Iudaeos uero audisse quod  
plures discipulos faceret & baptizaret. quam fecerat &  
baptizauerat iohannes. XVIII.

**I AM NUNC DE ILLO SERMONE PROLIXO  
QUEM SECUNDUM MATTHEUM IN MONTE  
HABUIT Dñs IUDEAMUS.**

Utrum ei ceteri euangelistae nihil aduersari uideantur.  
Marcus quippe non eum commemorauit omnino. nec  
aliquid eius simile dixit. Nisi quasdam sententias  
non contextim. sed sparsim quas dñs locis aliis rep̄tuit.  
Reliquit tamen locum in textu narrationis suae. ubi in  
tellegamus hunc dictum esse sermonē. sed ab eo p̄missū.  
Et erat inquit predicans in synagogis eorum & in galilea.  
& demonia eiciens. In hac p̄dicatione quam dicit eum  
habuisse in galilea. intellegitur & iam sermo iste  
habitus in monte. cuius commemorationem facit mattheus.  
Namque idem marcus ita sequitur. Et uenit ad eum  
leprosus deprecans eum. & genu flexo dixit. Si uis. potes  
me mundare. & cetera. De hoc leproso mandato. talia  
conectit. ut ipse intellegatur. quem mattheus cōmēmorat  
tunc esse mundatum. quando post illum sermonem

dñs demonte descendit. Sic enim ait mattheus. Cum autē descendisset demonte. secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniens. ad orabat eum dicens. Dñe. si uis. potes me mundare. & cetera. Huius leprosi & iam lucas meminuit. non sunt hoc ordine. sed ut solent prætermissa recordari uel posterius facta præoccupari. sicut diuinitus suggererentur. quæ antea cognita postea recordando conscriberent. Verum tamen idem lucas sermonem & iam ipse dñi prolixum narrauit. Ubi & iam sic exorsus. e. ut in isto mattheus. Hinc enim dixit.

**BEATI PAUPERES SPŪ. QM̄ IPSORŪ EST REGNŪ CÆLORUM.**

Et ille. Beati pauperes. quia uestrum est regnum dī. Deinde multa quæ sequuntur & iam in lucæ narratione similia sunt. & ad extremum sermonis ipsa conclusio. prorsus eadem repetitur. de homine prudente qui ædificat sup p&ram. & de stulto qui ædificat super arenam. Nisi quod ibi flumen tantum dicit in lissum domui. non & pluuiã & uentos sicut mattheus. Poss& ergo facillime credi eundem & iam ipse dñi interposuisse sermonem. aliquas autem intermississe sententias quas mattheus posuit. Item alias posuisse. quas iste non dixit. Quasdam & iam non isdem uerbis. custodita tamen ueritatis integritate similiter explicasse. Poss& hoc sicut dixi facillime credi. nisi mouer& quod mattheus in monte dicit hunc abitum esse sermonem ad dño sedente. Lucas autem. in loco campestri ad dño stante. Hæc itaq; diuersitas facit uideri alium fuisse illum. aliū istum. Quid enim prohiber& xpm̄ alibi. quædam rep&ere quæ



ANTEA Iam dixerat. Aut iterum quaedam facere quae antea  
iam fecerat. Non sunt istos duos sermones quorum unum  
mattheus alterum lucas inseruit longa temporis distantia  
separari. hinc probabiliter creditur. quod & ante & postea  
quaedam similia. uel eadem ambo narrat. ut non  
absurde sentiantur eorum narrationes haec interponen-  
tium. in eisdem locis & diebus esse uersatas. Nam  
mattheus. hoc ita dicit. Et secutaesunt eum turbae  
multae. de galilea & decapoli & hierusalimis & iudea  
& de trans iordane. **U**idens autem turbas. ascen-  
dit in montem. Et cum sedisset. accesserunt ad eum  
discipuli eius. Et aperiens os suum. docebat eos  
dicens. **B**eati pauperes spu. qm ipsoru est regnu caeloꝝ  
& cetera. Hic potest uideri multas turbas uitare uo-  
luisse. & ob hoc ascendisse in montem. tamquam se-  
cedendo a turbis. ut solus suis discipulis loqueretur.

Cui rei uidetur adtestari & iam lucas. ita narrans.

**F**actum est autem in illis dieb; exiit in montem orare.  
& erat per nocturn in oratione di. Et cum dies factus  
esset. uocauit discipulos suos & elegit duodecim ex ip-  
sis. quos & apostolos nominauit. **S**imonem quem  
cognominauit petrum. & andream fratrem eius. **J**acobum  
& iohannem. philippum. & bartholomeu. **M**atheu  
& thomam. **J**acobum alfei. & simonem qui uocatur  
zelotes. **J**udam iacobi. & iuda scarioth qui fuit peditor.  
**E**t descendens cum illis. stetit in loco campestri. & turba  
discipuloru eius. & multitudo copiosa plebis ab omni

iudea & hierusalem & galilaea: tiri & sidonis: qui uenerunt  
 ut audirent eum & sanarentur a languoribus suis. Et  
 qui uexabantur ab spiritibus inmundis: curabantur. Et  
 omnis turba quaerebat eum tangere: quia uirtus de illo  
 exiret & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos  
 dicebat. Beati pauperes: quia uestrum est regnum dei  
 & cetera. Hic potest intellegi: cum in monte duodecim  
 discipulos elegit ex pluribus: quos apostolos nominauit.  
 quod mattheus pretermisit. tunc illum habuisse sermonem  
 quem mattheus interposuit. & lucas tacuit. Hoc est  
 in monte. Ac deinde cum descendisset in loco capestri:  
 habuisse alterum similem: de quo mattheus tacet. lucas  
 non tacet. & utrumque sermonem eodem modo esse  
 conclusum. Quod autem mattheus isto sermone  
 terminato sequitur & dicit. & factum est conuersum  
 marcus & istis uerbis haec: admirabantur turbas super doctri  
 nam eius: potest uideri discipulorum turbas dixisse.  
 ex quibus duodecim illas elegerat. Quod uero mox ait.  
 cum autem descendisset de monte secutaesunt eum turbae  
 multae. & ecce leprosus ueniens adorabat eum: potest  
 intellegi post utrumque sermonem factum fuisse: non so  
 lum quem mattheus: uerum & iam quem lucas interponit.  
 Neque enim apparet: post descensionem de monte quantum  
 temporis fuerit interpositum. Sed hoc solum uoluit  
 significare mattheus: post illum descensionem multas  
 turbas fuisse cum domino: quando leprosum mundauit.  
 Non quantum temporis inter fuerit: praesertim quod

cum eundem leprosum lucas iam in ciuitate posito dño dicat  
esse mundatum. quod mattheus dicere non curauit.  
Quam quam & iã illud possit occurrere in aliqua ex celsiore  
parte montis. primo cum solis discipulis dñm fuisse.  
quando ex eis illos duodecim elegit. Deinde cum eis  
descendisse non de monte. sed <sup>de</sup> supra montis celsitudine  
in campestrum locum. idē. in aliquam aequalitatem quae  
in latere montis erat. & multas turbas capere poterat.  
atq; ibi stasse. donec ad eum turbae congregarentur.  
Ac postea cum sedisset. accessisse propinquius discipulos  
eius. atq; ita illis ceterisq; turbis presentib; unum  
habuisse sermonem. quem mattheus lucasq; narrarunt.  
Diuerso narrandi modo. sed eadem ueritatem rerū & sen-  
tentiarum quas ambo dixerunt. Jam enim premonu-  
imus. quod & nullo premonente unicuiq; sponte  
uidendum fuit. si quis praeremittat aliquid quod  
alius dicat non esse contrariū. nec si alius alio modo  
aliquid dicat. dum eadem rerum sententiarū que-  
rueritas explicetur. Ut quod mattheus ait. cum  
autem descendisset de monte. simul & iam de illo  
ecampestri loco qui in latere montis esse potuit intelle-  
gatur. Deinde mattheus de leproso mundato narrat.  
Quod & iã marcus & lucas similiter. Post haec math  
sequitur & dicit. **XX**

**CV AUTEM INTROISSET CAPHARNAÛ. ACCESSIT**  
**AD ILLÛ CENTURIO. ROGANS EUM ET DICENS.**  
Dñe. puer meus iacet in domo paralyticus.

Et male torquatur. Et cetera usque ad eum locum abiit.  
 Et sanatus est puer ex illa hora. Hoc de puero centurio-  
 nis & lucas commemorat. Non sicut iste post leprosum  
 mundatum quem ille postea recordatus commemoravit.  
 sed post finem illius prolixioris sermonis. Quod ita  
 coniungit. Cum autem impleret omnia uerba sua  
 in aures plebis. Intrauit cap<sup>o</sup> harnaum. Centurionis  
 autem cuiusdam seruus male habens erat moriturus.  
 qui illi erat pretiosus. & cetera usque in eum locum quo  
 sanatus est. Hic intellegendum est. cum impleret  
 quidem omnia uerba sua in aures plebis. Intraisse  
 xpm capharnaum. Hoc est quia non antequam  
 haec uerba terminasset intrauit. Sed non est ex-  
 pressum. post quantum temporis interuallum cum istos  
 sermones terminasset intrauerit capharnaum. Ipso  
 quippe interuallo leprosus ille mundatus est. quem  
 loco suo mattheus inponit. Iste autem postea  
 recordatur. Vn ergo uideamus utrum sibi de hoc  
 seruo centurionis mattheus lucasque consentiant.  
 Mattheus enim dicit. Accessit ad eum centurio.  
 rogans eum & dicens. Puer meus iacet in domo  
 paralyticus. Cui uidetur repugnare. quod ait lucas.  
 Et cum audisset de ihu. misit ad eum seniores iudeorum.  
 rogans eum ut ueniret & saluaret seruum eius. At illi  
 cum uenisset ad ihm. rogant eum sollicite dicentes ei.  
 Quia dignus est ut hoc illi prester. Diligit enim  
 gentem nostram. & synagogam ipse aedificauit nobis.

“ I h̄r autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset  
“ ad domo. misit ad eum centurio amicos dicens. Dñe.  
“ noli uexari. Non enim dignus sum ut subtectum  
“ meum intres. Propter quod & ih̄s ipsum non sum  
“ dignum arbitratus eis uenire ad te. Sed dic uerbo.  
“ & sanabitur puer meus. Si enim hoc ita gestum ē.  
“ quomodo erit uerum quod mattheus narrat. accessit  
“ ad eum quidam centurio. cum ipse non accesserit. sed  
“ amicos miserit. Nisi diligenter aduestenter intelle  
“ gamus mattheum non omnimodo deseruisse. nisi  
“ tantum ad morem loquendi. Non solum & iam dicere  
“ solemus accessisse se aliquid. & iam antequā perueniat  
“ illuc quo dicitur accessisse. Unde & iam dicimus  
“ parum accessit uel multum accessit. eo quod app̄t  
“ peruenire. uerum & iam ipsam p̄uentionē cuius  
“ adipiscendi causa acceditur. dicimus plerumque  
“ factum. & si eum ad quem puenit. non uideat ille  
“ qui puenit. cum per amicum puenit ad aliquem  
“ cuius ei fauor est <sup>necesse</sup> necessarius. Quod ita tenuit  
“ consuetudo. ut iam & iam uulgo peruentores  
“ appellentur. qui potentium quorū libet tanquam  
“ inaccessibiles animos p̄ conuenientiū p̄sonarum  
“ int̄positionem ambitionis at̄te p̄tingunt. Si ergo  
“ ipsa peruentio usitate dicitur. per alios fieri potest.  
“ quia plerūq; infra peruentionem p̄manet. quando  
“ potuerit quisq; plurimū quidem accedere. sed t̄m̄  
“ non potuerit peruenire. Non ergo absurde matth

& iam quod uulgo possit intellegi p alior facto accessu  
centurionis ad dñm conpendio dicere uoluit. Accessit  
ad eum centurio. Uerumtamen non neglegenter intu  
enda est & iam scī euangelistae altitudo mysticæ  
locutionis. secundum quam scriptum est in psalmo.

**A**ccedite ad eum & inluminamini. Proinde quia  
fidem centurionis quæ uere acceditur ad ih̄m ipse  
ita laudauit ut diceret non inueni tantam fidem in  
isrl̄. ipsum potius accessisse ad xp̄m dicere uoluit  
prudens euangelista. quam illos per quos uerba sua  
miserat. Porro autem lucas ideo totum quemadmo  
dum gestum esse aperuit. ut ex hoc intellegere cogermur.  
quem ad modum eum accessisse dixerit alius. qui men  
tiri non potuit. Sic enim & illa mulier quæ fluxū  
sanguinis patiebatur quamuis fimbriā uestimentei  
tenuerit. magis tamen tetigit dñm. quam ille turbe  
a quib; premebatur. **E**t enim hæc quomagus  
credidit. eo magis accessit ad dñm. Jam cetera in  
hoc capitulo quæ alter dicit. & alter præmittit.  
desup fluo pertractantur. cum ex illa regula primitus  
commendata nihil inueniantur habere contrariū.

Sequitur mattheus & dicit. **XXI**

**ET CUM UENISSET IHS IN DOMU PETRI.  
UIDIT SOCRŪ EIVS IACENTĒ ET FEBRICITANTĒ.  
ET IESTICIT MANU EIVS. ET DIMISIT EĀ FEBRIS.**

**E**t surrexit. & ministrabat eis. Hoc quando factū  
sit. id est post quid. uel ante quid. n̄ expr̄ssim math.

Non enim post quod narratur. post hoc & iam factum necesse est. Intellegatur. Nimirum tamen iste hoc recoluisse Intellegitur. quod prius omiserat. Nam id marcus narrat. ante quam illud de leproso mundato commemorat. quod post sermonem in monte habitum de quo ipse tacuit uidetur interposuisse. Itaque & lucas post hoc factum narrat de croco p&ri. Post quod & marcus. Ante sermonem & iam ipse quem prolixum interposuit qui potest idem uideri quem dicit habitum in monte mattheus. Quid autem inter est quis quo loco ponat. siue quod ex ordine inserit. siue quod omis sum recolat. siue quod postea factum ante se occupat. dum tamen non aduersentur eadem. uel alia narratio nec sibi nec alteri. Quia enim nullius in potestate est. quam uis optime si deliterque res cognitae quo quisque ordine recordetur. Quid enim prius posterius ut homini ueniat in mentem. non est ut uolumus. sed ut datur. Satis probabile est. quod unusquisque euangelistarum eo se ordine credidit. debuisse narrare. quod uoluisse & de ea ipsa quae narrabat eius recordationi suggerere. In eis dum taxat res. quarum ordo siue ille siue illesit. nihil minuit auctoritati ueritatiq; euangelicae. Cur autem spiritus sanctus diuidens propria unicuique prout uult. & ideo mentes quoque sanctorum propter libros in tanto auctoritatis culmine conlocandos in recolendo quae scriberent sine dubio gubernans & regens alium sic alium uero sic narrationem suam ordinare permiserit.

quis quis pia diligentia quaesiverit. diuinitus adiutus poterit Inuenire. Hoc tamen non ē. huius operis munus quod nunc suscepimus. tantum ut demonstre-  
 mus euangelistas neq; sibi neq; inter se pugnare. quo-  
 libet ordine uel eisdem res uel alias factorum dictorumq;  
 xpi unus quisque eorum potuerit uoluerit uenerare.

Quapropter ubi ordo temporū non apparēt. nihil nostra  
 inter esse debet quem narrandi ordinem qui libet  
 eorum tenuerit. Ubi autem apparēt. siquid mouent  
 quod sibi aut alteri repugnare uideatur. utiq; consi-  
 derandum. & enodandum ē. Sequitur ergo matth  
 dicens. **XXII. VESPERE AUTEM FACTO EIECIT  
 EI MULTOS DAEMONIA HABENTES.**

**E**t eiciebat sp̄s uerbo & omnes male habentes curauit.  
 Ut ad impleretur quod dictum ē. per uiam pph̄ā  
 dicentem. Ipse infirmitas & noscitur accepit. & aegrotati-  
 ones posuit. Hoc ad eisdem diei tempus pertinere  
 satis indicat. cum coniungit. **Vespere autem facto.**  
 Sic & marcus cum de ipsa socru p̄ri sanata dixisset &  
 ministrabat eis. hoc idem subiicit. **Vespere autem  
 facto cum occidisset sol. adferebant ad eum omnes  
 male habentes. & erat om̄s ciuitas congregata ad  
 Ianuam. & curauit multos qui uexabantur auaritia  
 linguarū. & daemona eiciebat. & non sinebat ealocui  
 qm̄ sciebant eum. Et diluculo ualde surgens. egressus  
 est. & abiit in desertū locum. Uidetur hic ordi-  
 nem tenuisse marcus. ut post illud quod dictum est.**



uespere autem facto. deinde dicens. & diluculo ualde  
surgens. Quam uir nec illud necesse sit. ubi dicitur  
uespere autem facto. eius diei uesperum accipere. Nec ubi  
dicit diluculo. eiusdem noctis diluculum. Tamen  
ut cumq; uideri potest hic rerum gestarum ordo seruatur.  
propter digestum ordinem temporum. Lucas quoq; cum  
desocru p&ri narraisset. Non ait ipse uespere autem facto.  
sed tamen quod idem significat. adiunxit dicens.  
Cum sol autem occidisset. omnes qui habebant in  
firmos uariis languoribus; ducebant illos ad eum.  
At ille singulari manus inponens. curabat eos.  
Expulit & iam daemones a multis. clamantibus  
dicentibus. quia tu es filius dei. Et increpauit non sine  
bat ea loqui. quia nesciebant ipsum esse xpm. Facta  
autem die. egressus ibat in desertum locum. Et hic  
uidemus eundem prorsus ordinem temporum custodi  
tum. quem conperimus apud marcum. Mattheus  
autem qui uidetur non ordine quo gestum est. sed  
quod p&ermis sum recolat. hoc desocru p&ri come  
morasse postea quam narrauit. quid ipso die facto  
& iam uespere gestum sit. iam non subiungit dilucu  
lum. sed ita narrat. Uidens autem ihs turbas  
multas circum se. iussit ire trans fretum. Iam hoc  
aliud est. non illud quod marcus & lucas contexunt.  
qui post uesperum diluculum ponunt. Quod ergo  
hic dicunt. uidens autem ihs turbas multas circum  
se iussit ire trans fretum. aliud cum recordatum

57  
Interposuisse debemus accipere. quod die quadam cum uidisset  
& ih̄s turbas multas circum se iussit ire trans fr̄icum.

**XXIII. DEINDE QUOD SUBIUNGIT. ET ACCE  
DENS UNUS SCRIBA. AIT III.**

Magister. sequar te quocūq; ieris. Urque ad illud ubi ait.  
dimitte <sup>in mortuos sepelire.</sup> mortuos suos. hoc similiter narrat & lucas.

Sed ille post plura nec ipse sane expresso ordine temporū.  
sed recordantis modo utrū quod prius omisit. an quod  
posterior & iā factum quā sunt ea quae sequuntur p̄ocu-  
pauit. Incestū ē. Ita enim dicit. Factum ē. autemambu-  
lantibus illis in uia. dixit quidā ad illum. Sequar te  
quocūq; ieris. Et respondit prorsus eadem quae matth̄i  
commemoratur. Quod autē mattheus dicit tunc istud ḡestū  
esse quando iussit ut ire trans fr̄icū. lucas ueroambu-  
lantibus illis in uia. non est contrariū. quia uia utiq;ambu-  
lant ut uenirent ad fr̄icum. Et de illo qui p̄xit primū  
sepelire patrem suum. mattheus & lucas omnino consen-  
tiunt. Quod enim mattheus primo eiusdem uerba  
posuit. hoc propter patrem suum p̄sentis. & deinde  
dñi dicentis sequereme. lucas autem primo dñi dicentis  
sequereme. & deinde illius hoc p̄sentis. ad sententiā  
nihil inter ē. Commemorauit lucas & alium dixit  
se sequar te dñe. sed primū per mittere mihi renunti-  
are his qui domi sunt. De quo tacet mattheus. Inde  
iam lucas in aliud perrexit. non aliud quod ordine  
temporis sequebatur. Post haec autem inquit de  
signauit dñs & alios. lxxij. Post haec quidem

manifeste. sed quanto temporis intervallo post haec fecerit illud  
dñs non apparet. In ipso tamen intervallo fit. quod deinceps  
mattheus subiungit. Nam idem mattheus ordinem tempo-  
rum adhuc tenet. Ita **harrans. xxiiii.**

**ET ASCENDENTE EO IN NAUICULAM. SECUTISUNT  
EUM DISCIPULI EIVS.**

**E**t ecce motus magnus factus est in mari. usque ad illud ubi ait.  
& uenit in ciuitatem suam. Ita duo facta continuatim  
quae narrat mattheus. & tranquillato mari postea quam  
uentis imperauit ih̄s a somno excitator. & de illis qui habebant  
sacrum demonium ruptisque uinculis agebantur in derestum.  
similiter narrat marcus & lucas. Uerbis alius dicit a se  
ab alio usque alio quaedam sententiae. non tamen aliae. Uelut  
illud quod eum dicit dixisse mattheus. Quid timidi  
estis modicae fidei. Marcus ita dicit. Quid timidi  
estis. nec dum habetis fidem. Id est illam perfectam uelut  
granum sinapis. Hoc ergo & ille ait modicae fidei.  
Lucas autem ubi est fides uestra. Et totum quidem dicit  
potuit. quid timidi estis. ubi est fides uestra. modicae fidei.  
Unde aliud hic. aliud ille commemorat. Et illud  
quod excitantes eum dixerunt. mattheus sic. Domine.  
saluam nos. perimus. Marcus. Magister non ad te per-  
tinet quia perimus. Lucas. Praeceptor perimus. una  
eodemque sententiae. excitatum dominum uolentiumque  
saluari. Nec opus est quaerere quid horum potius christo  
dictum sit. Sive enim alii quid horum trium  
dixerint. sive alia uerba quae nullus euangelista uestrum

commemoravit. tantundem tamen ualentia ad eundem senten-  
 tiae ueritatem. quid ad rem inter est? Quamquam & hoc  
 fieri potuit ut pluribus eum simul excitantibus; omnia haec aliud  
 ab alio dicerentur. Item quod sedata tempestate dixerunt  
 secundum mattheum. qualis est hic qui uenti & mare oboediunt ei?  
 Secundum marcum. quis putas est iste qui uenti & mare oboe-  
 diunt ei? Secundum lucam. quis putas hic est qui uenti &  
 uentis imperat & mari & oboediunt ei? Quis non uideat  
 unam esse sententiam. Tantundem enim prorsus ualeat. quis  
 putas est iste. & qualis est hic. Et ubi non est dictum imperat.  
 utique consequenter intellegitur. quia imperanti oboeditur.  
 Quod uero mattheus duos dicit fuisse qui legionem illam  
 daemonum patiebantur quae in porcos ire permissa est. marcus  
 autem & lucas unum commemorant. Intellegas unum eorum  
 fuisse personae alicuius clarioris & famosioris. quem  
 regio illa maxime dolebat. & pro cuius salute plurimum  
 sit agebat. Hoc uolentes significare duo euangelistae.  
 solum commemorandum iudicauerunt. de quo facti huius  
 fama latius per clariorisq; flagrauerat. Nec quod uerba  
 daemonum diuersa ab euangelistis dicta sunt. habent aliquid  
 scrupuli. cum uel ad unam redigi sententiam. uel omnia dicta  
 possint intellegi. Nec quia pluraliter apud mattheum.  
 apud illos autem singulariter loqui. cum & ipsi uerent  
 quod interrogatus quid uocaretur. legionem se esse respon-  
 dit eo quod multa essent daemonia. Nec quod marcus  
 circa montem fuisse gregem porcorum. lucas autem in  
 monte. quicquam repugnat. **C**rex enim porcorum

tam magnus fuit, ut aliquid eius esset in monte, aliquid  
circa montem. Et sunt enim duo milia portorum, sicut  
marcus expressit sit. **XXV.**

**HINC ERGO SEQUITUR MATTHEUS AD HUC  
TEMPORIS SERVANS. ATQUE ITA NARRATIONE  
CONTEXIT.**

Et ascendens in nauiculam, transiit & uenit  
in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralitici  
cum iacentem in lecto & cetera usque ad illud quod ait.  
Uidentes autem turbe, timuerunt, & glorificauerunt dominum  
qui dedit potestatem talem hominibus. De hoc paralitico,  
dixerunt & iam marcus & lucas. Quod ergo mattheus dicit  
dominum dixisse 'confide fili remittuntur tibi peccata tua.'  
lucas autem non dixit fili sed homo, ad sententiam domini ex  
pressius insinuandam ualeat. Quia homini dimittebantur  
peccata, qui hoc ipso quod homo erat non potest dicere  
non peccavi. Simul & iam ut ille qui homini dimittebat,  
Intellegatur dominus. Marcus autem hoc dixit, quod &  
mattheus, sed non dixit confide. Potuit quidem & iam  
dici, confide homo, dimittantur tibi peccata fili, aut  
confide fili, dimittantur tibi peccata homo, aut quolibet  
uerborum congruenti. Illud sane potest mouere, quod  
de isto paralitico mattheus ita narrat. Et ascendens  
in nauiculam, transiit & uenit in ciuitatem suam.  
Et ecce offerebant ei paraliticum iacentem in lecto. Marcus  
autem non hoc eius ciuitate factum dicit quauis quique  
nazareth uocatur, sed capharnaum. Quod ita narrat.  
Et iterum intrauit capharnaum post dies, & uocatum est

quod in domo esset. & conuenerunt multi. ita ut non caperet  
neque ad ianuam. & loquebatur eis uerbum. Et uenerunt  
ferentes ad eum paraliticum. quia quatuor portabatur.  
Et cum non possent offerre eum illi preter turba nudauerunt  
tectum ubi erat. & patefacientes sum miserunt grabatam  
in quo paraliticus iacebat. Cum uideret autem ihesus fidem  
illorum. & cetera. Lucas autem non commemorat. quo in loco  
factus sit. sed ita dicit. Et factum est in una dierum. & ipse  
sedebat docens. Et erant pharisaei sedentes. & legis uo  
doctores qui uenerunt ex omni castello galilee & iudee.  
& hierusalē. & uisus erat dñi ad sanandū eos. Et ecce  
uir portans in lecto hominē qui erat paraliticus. & quaere  
re uult eum inferre & ponere ante eum. Et non inueni  
entes qua parte illum inferrent preter turba. ascenderunt supra  
tectum. & per tegulas submiserunt illū. cum lecto in mediū  
ante ihm. Quorum fidem ut uidit. dixit. Homo remitt  
untur tibi peccata tua. & cetera. Remanet igitur questio  
inter marcū & mattheū. quod mattheus ita scribit. tāquā  
in ciuitate dñi factus sit. Marcus autem in capharnaū.  
Quae difficilius solueretur. si mattheus & cā nazareth  
nominaret. Nunc uero cum potuerit ipsa galilea dici  
ciuitas xpi quia in galilea erat nazareth. sicut uniuersum  
regnum. In tot ciuitatibus constitutum dicitur romana  
ciuitas. cūque in tot gentibus constituta sit ciuitas. de qua  
scriptum est. gloriosissima dicitur de te ciuitas dī.  
& cum ipse prior populus dī in tot ciuitatibus habitans  
& cā una domus dicitur sit. domus uest. quis dubitauerit

In ciuitate sua hoc fecit se ihm. cum hoc fecerit In capharnaum  
ciuitate galileae quo trans frando redierat de regione genar  
senorum. ut ueniens In galileam. diceretur ueni se In ciui  
tatem sua In quocumq; oppido esset galileae. **P**roferunt quia  
& ipsa capharnaum ita ex celledat In galilea. tamquam metropolis  
haberetur. Quod si prorsus non liceret accipere ciuitatem xpi  
uel ipsam galileam In qua erat nazareth uel ipsam caphar  
naum. quae sicut apud galileae ciuitates eminebat. diceremur

**M**attheum pter misit se quae gestasunt postea qua uenit ihu  
In ciuitates sua donec ueniret capharnaum. & hoc adiunxit se  
deranato paralytico. sicut In multis ita faciunt pferunt  
tentes media. tamquam hoc continuo sequatur quod sine  
ulla ptermissionis suae significatione subiungunt.

Hinc ergo sequitur mattheus dicens. **XXVI.**

**ET CUM TRANSISSET INDE IHS. UIDIT HOMO  
NE SEDENTE IN THELONEO MATTH NOMINE. ET AIT ILLI.**

**S**equereme. Et surgens. secutus est eum. Hoc marcus ita  
narrat. eundem & iam ipse ordinem tenens post illius  
paralytici sanitatem. **E**t egressus. Inquit. admittit. om  
nisq; turba ueniebat ad eu. & docebat eos. **E**t cum pre  
teriret. uidit leui in alpheti sedentem ad theloneum. & ait illi.

**S**equereme. Et surgens. secutus est eum. Nihil hic repug  
nabat. Ipse est enim mattheus. qui & leui. Lucas & ia  
hoc post eundem paralyticum sanatum. ita subiungit. **E**t  
post hoc exiit. & uidit publicanum nomine leui sedentem  
ad theloneum. & ait illi. **S**equereme. Et relictis omnib;  
surgens. secutus est eum. Hinc autem probabilius

videtur. quod haec praetermissa recordando mattheus comemo-  
 rat. quia utique ante illum sermonem habitum in monte  
 credendum est uocatum esse mattheum. In eo quippe monte  
 tunc lucas commemorat. omnes duodecim ex plurimis  
 discipulis electos. quos & apostolos nominavit. Sequitur  
 itaque mattheus & dicit. **XXVII.**

**ET FACTUM EST DISCUBENTE EO IN DOMO.**

Ecce multi publicani & peccatores uenientes discumbe-  
 bant cum ihu & discipuli eius & cetera usque ad illud  
 ubi ait sed uinum nouum in utres nouos mittunt &  
 ambo conseruantur. Hic mattheus non expressit  
 in cuius domo discubebat ihesus cum publicanis & peccatoribus  
 unde cum e possit & uideri non hoc ex ordine subiun-  
 xit uidelicet de se. sed quod alio tempore factum est  
 re ut uideat cordatus interposuisse nisi marcus &  
 lucas qui hoc omnino similitate narrunt manifestarent  
 in domo leui hoc est matthei discubuisse ihesum. & dicta  
 illa omnia quae sequuntur. Ita enim marcus hoc idem  
 dicit eundem ordinem seruans. Et factum est cum  
 recumberet in domo illius. multi publicani & peccato-  
 res simul discumbebant cum ihu. Cum ergo dicit  
 in domo illius. exprimit utique illum de quo superius  
 loquebatur. id est leui. Sic & lucas cum dixisset ait  
 illi sequereme. & relictis omnibus surgens secutus est  
 eum. continuo subiicit. Et fecit ei conuiuium magnum  
 leui in domo sua. & erat turba multa publicanorum  
 & aliorum qui cum illis erant discubentes. Manifestum est.



Itaq; in cuius domo ista gererentur. Iam ipsa uerba  
uideamus. uel quae dño dicta uel quae ab illo responsa  
om̄s isti tres euangelistae posuerunt. **MATTHEUS.**  
**E**t uidentes inquit pharisei dicebant discipulis eius.  
Quare cum publicanis & peccatorib; manducat magist̄  
uester. Totidem pene uerbis hoc ait & **MARCUS.**  
Quare cum publicanis & peccatoribus manducat &  
bibit magister uester. **P**retermis̄ sū est ergo mattheo  
quod iste addidit bibit. Sed quid ad rem. cum plena  
sit sententia insinuans pariter conuiuantes. **LUCAS**  
autem aliquanto differentius hoc uidetur cōmemorasse.  
**E**t murmurabant inquit pharisei & scribae eorum.  
dicentes ad discipulos eius. Quare <sup>om̄ium</sup>  
cum publicanis & peccatorib; mandu **CVI.**  
cat̄ & bibitis. Non utiq; magistrū **UIDIT**  
eorum nolens illic intellegi. sed simul omnibus  
& ipsis & discipulis eius hoc ob iectum insinuans.  
Non tamen ei dictū. sed illis quod & de ipso & de  
illis acciperetur. Nam utiq; & ipse lucas ita dicit  
dñm respondisse. Non ueni uocare iustos sed pecca  
tores in penitentia. Quod non eis respondisset.  
nisi quod dixerant manducatis & bibitis ad ipsum  
maxime pertinere. Propterea & iā mattheus & marc̄  
de illo discipulis eius hoc obiectū esse narrarunt.  
quia cum & de discipulis dicebatur. magistro magis  
obiciebatur quem sectando imitabantur. Una  
ergo sententia ē & tanto melius insinuata.

61  
quanto quibusdam uerbis manente ueritate uariata.  
Item quod mattheus refert dñm respondisse non est  
opus ualentib; medicus sed malehabentibus. euntes  
discite quid est misericordiã uolo & non sacrificium.  
Non enim ueni uocare iustos sed peccatores. marcus  
quoq; & lucas eisdem pæne uerbis eandem sententiã  
tenuerunt. Nisi quodambo non interponunt illud.  
ex proph&a testimonium. Misericordiã uolo. quã  
sacrificium. Lucas autem cum dixisset. non ueni uoca  
re iustos sed peccatores. addidit in paenitentia. quod  
ad explanandẽ sententiã ual&. Nec quis quã peccato  
res ob hoc ipsum quod peccatores sunt diligi arbitretur  
ap̃o. cum & illa similitudo de aegrotis bene intim&  
quid uelit dñs uocando peccatores tamquã medicus.  
aegros. utiq; ut ab iniquitate. tamquã ab aegritudine  
saluifiant quod sit p̃ paenitentia. Item quod dicit matth.  
tunc accesserunt ad eũ discipuli iohannis dicentis. qua  
re nos & pharisæi ieiunamus frequenẽ. Marcus simi  
liter intulit dicens. Et erant discipuli iohannis &  
pharisæi ieiunantes. & ueniunt & dicunt illi. Quis  
discipuli iohannis & pharisæoru ieiunant. Nisi quod  
iste putari potest addidisse pharisæor quod simul  
cum discipulis iohannis hoc dixerint. cum mattheus  
tantũ discipulos iohannis hoc dixisse p̃hibeat.  
Sed uerba ipsa quae illos dixisse apud marcũ legitur.  
magis indicant alior hoc dixisse de aliis. id est  
coniuuas qui ad erant uenisse ad ih̃m. Quia ieiunabañ

discipuli iohannis & pharisei. & hoc de illis dixisse.  
Ut quod ait ueniunt. non de ipsis dixerit de quibus inter-  
posuerat. & erant discipuli iohannis & pharisei ieiunantes.  
Sed cum isti essent ieiunantes. ueniunt illi quos homo  
ait & dicunt illi. Quare discipuli iohannis & phariseorum  
ieiunant. tui autem non ieiunant? Quod lucas euiden-  
tius expressit ita hoc idem intamans. cum dixisset  
quid eis responderit dominus deuocatione peccatorum tanquam  
aegrotorum. At illi inquit dixerunt ad eum. Quare  
discipuli iohannis ieiunant frequentem & obsecrationes  
faciunt. similiter & phariseorum. tui autem edunt & bi-  
bunt? Ergo. & hic sicut marcus alios de aliis hoc  
dixisse narravit. Unde ergo mattheus. tunc accesserunt  
ad eum discipuli iohannis dicentes quare nos & phari-  
sei ieiunamus. nisi quia & ipsi ad erant. & omnes cessa-  
tim ut quisque poterat hoc obiecerunt? Quorum  
sententia diuerso loquendi modo. sed tamen ueritate  
non alieno tribus euangelistis insinuata est. Item  
illud de sponsi filius quia non ieiunabunt quam diu cum  
eis est sponsus. similiter interposuerunt mattheus & marcus.  
Nisi quod marcus filios nuptiarum appellauit. quos ille  
sponsi. Quod ad rem nihil interest. Filios qui pro-  
pe nuptiarum non tantum sponsi. sed & iam sponsae  
intellegimus. Eadem ergo est aperta & insententia.  
non alter aduersa. Lucas autem non ait. Numquid  
possunt filii sponsi ieiunare. sed ait. Numquid  
potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus.

facere ieiunare. In quo & ipse ad aliud quid dam insinuandum eadem sententiam eleganter aperuit. Sic enim intellegitur eor dem ipsos qui loquebantur. filius se facturos ut lugentes ieiunarent filii sponsi. qm ipsi essent sponsum occisuri. Quod autem dixit mattheus lugere. hoc marcus & lucas. ieiunare. quia & ille postea. tunc ieiunabunt ait. non tunc lugerunt. Veru illo uerbo significauit de ali ieiunio dnm locutum. quod p tinet ad humilitatem tribulationis. Ut illud alterum quod p tinet ad gaudiu mentis in spiritalia suspensae. atq; ab hoc alienate quodam modo a corporalibus cibis.

Posteriorib; similitudinibus dnr significat se intellegatur de panno nouo & uino nouo id ostendens. quod animalib; atq; carnalib; circa corpus occupatis. & ob hoc uerem adhuc sensu trahentibus. hoc genus ieiunii non congruat. Quas similitudines. & alii duo similiter explicarunt. Jam enim satis promptum est nihil esse contrarium. siquid alius dicit quod alius p rimitat. seu uerbi. seu rei. dum uel ab eadem sententia non recedatur. uel quae forte aliqua ponitur alii non aduersetur. **XXVIII.**

**SEQUITVR DEINDE MATTHEUS. AD HUC TĒPORĒ ORDINĒ SERUANS.**

Haec illo loquente ad eos. ecce princeps unus accessit. & adorabat eū dicens. Filia mea modo defuncta est. sed ueni in pone manū sup eā & uiuēt. Et cetera usq; ad illud ubi ait. Et surrexit puella. & exiit fama haec

" In uniuersā terrā illam. Dicunt hoc & alii duo marcus &  
 lucas. sed ab isto ordine iam recedunt. Alibi enim hoc  
 recordantur atq; inserunt. Id est eo loco. ubi redit  
 transfrando a regione gerar seniorū post expulsa &  
 In portos permissa daemona. Nam hoc marcus ita  
 coniungit. post illud apud geros senos factum. Et  
 cum transcendisset Inquit ih̄s in naui. rursus trans  
 " fr̄cū conuenit turba multa ad illū. & erat circum mare.  
 " Et uenit quidā de archi sr̄nagogis nomine iustus. & ui  
 " dens procidit ad pedes eius & cetera. Ac p̄ hoc Intelle  
 gendū ē. hoc quidem de archi sr̄nagogi filia factū esse.  
 cum transcendisset ih̄s in naui rursus transfr̄cū. sed  
 quanto post non apparuit. Nisi enim fuisset interuallū.  
 non esset quando fieret & quomodo narrauit mattheus  
 In conuiuio domus suae. Tamquā de alio quippe narrauit  
 more euangelistarū. quod de se ac domus suae gestum erat.  
 Post quod factū. nihil aliud continuo sequitur. quā hoc  
 de archi sr̄nagogi filia. Sic enim ipse contexit. ut ipse  
 transitus apte indicet hoc consequentē narrari. quod &  
 consequenter factum est. Quando quidem cum supe  
 rius commemorasset quae de panno nouo & de uino  
 nouo ih̄s dixerit. continuo subiecit. Haec illo loquen  
 te ad eos. ecce princeps unus accessit. Ac per hoc si  
 haec illo loquente accessit. nihil aliud factorum  
 dictorūq; eius Inter positum est. In narratione autē  
 marci patet locus. ubi int̄ poni alia potuerunt. sicut  
 iam ostendimus. Similiter & lucas cum post

narratum apud gerasenos miraculum transit ad narra-  
 dum de archisynagoga filia. Non sic transit ut renitetur  
 mattheo. qui post illas de panno & uino similitudines  
 hoc gestum esse demonstrat dicendo. haec illo loquente.

Iste quippe cum terminasset quod apud gerasenos  
 factum narrauerat. hoc modo transit in aliud. Fac-  
 tum est. ait cum redisset ih̄s. excepit illum  
 turba. Erant enim om̄s expectantes eum. Et ecce  
 uir cui nomen iairus. & ipse princeps synagogae erat.  
 cecidit ad pedes ih̄u. & cetera. Sic intellegitur quod  
 uem quae turba quidem illa continuo excepit dñm.

Quippe quem rediturū expectabat. Quod  
 uero adiunxit. & ecce uir cui nomen iairus. non con-  
 tinuo factum accipiendū est. sed prius illud de  
 conuiuio publicanorū. sicut narrat mattheus. Cui  
 rei sic coniungit hoc. ut non possit aliud factum  
 consequentē intellegi. In hac ergo narratione quam nunc  
 considerandam suscepimus de illa quidē quae fluxū  
 sanguinis patiebatur. omnes isti tres euangelistae  
 sine ulla quaestione concordant. Neq; enim inter-  
 est ad rei ueritatem quod ab alio aliquid tacitum.  
 ab alio dicitur. Nec quod marcus dicit quis tetigit  
 uestimenta mea. & lucas quis me tetigit. Alter  
 enim dixit usitate. alter proprie. eandem tamen  
 uterq; sententiam. Nam usitatus dicimus conscin-  
 dis me. quam conscindis uestimenta mea. Cum ta-  
 men in apto sit. quid uelimus intellegi. At uero

cum mattheus archisynagogum non mortuam uel morientem uel in extremo uitae positam filiam suam narrat dno nuntiasse. sed omnino defunctam. illi autem duo morti iam proximam. nondum tamen mortuam. usq; adeo. ut dicant uenisse postea qui mortuam nuntiarent. & ob hoc iam non debere uexari magistrum. tamquam sic uenisset. ut manum inponendo mori non sineret. non ut qui possit mortuam suscitare. considerandum est ne repugnare uideatur. & intellegendum breuitatis causa mattheum hoc potius dicere uoluisse rogatum esse dnm ut faceret quod eum fecisse manifestum est. ut scilicet mortuam cuius suscitaret. Adtendit enim non uerba patris de filia sua. sed quod est potissimum uoluntatem. & alia uerba posuit qualis uoluntas erat. Ita enim desperauerat. ut potius eam uellet reuiuere. non credens uiuam posse inueniri quam morientem reliquerat. Duo itaq; posuerunt quid dixerit iairus. Mattheus autem quid uoluerit atq; cogitauerit. Utrumq; ergo petatum est a dno. Ut uel morientem saluam faceret. uel mortuam suscitaret. Sed cum instituisset mattheus totum breuiter dicere. hoc <sup>in partem</sup> insinuauit rogantem dixisse. quod & ipsum certum est uoluisse. & xpm fecisse. Sane si illi duo uel quisquam eorum patrem ipsum commemorasset dixisse. quod sui de domo uenientes dixerant. ut iam non conuexaretur ihu quod puella mortua fuisset. repugnarent eius cogitatione uerba quae posuit mattheus. Nunc

uero & illud suis nuntiantibus & prohibentibus ne iam  
 magister ueniret. Non legitur quod ille <sup>confiteretur</sup>. Ac per hoc &  
 illud quod ei dñs ait. nolite timere crede tantum & salua  
 erit. Non diffidentem reprehendit. sed credentem robustius  
 confirmauit. Talis quippe in illo fides erat. qualis  
 & in illo qui ait. Credo dñe. adiuua incredulitatem meam.  
 Quae cum ita sint. phuius modi euangelistarum locutiones  
 uarias. sed non contrarias. rem plane utilissimam discimus.  
 & p necessariam nihil in cuiusq; uerbis nos debere inspice  
 re nisi uoluntatem cui debent uerba seruire. nec mentari  
 quem quam si aliis uerbis dixerit quid ille uoluerit.  
 Cuius uerba non dicit. Neq; miseri aucape suo cum a  
 picib; quodam modo litterarum putent ligandam esse ueri  
 tatem. cum utiq; non in uerbis tantum. sed & iam in ceteris  
 omnib; signis animorum non sit nisi ipse animus in qui  
 rendus. Quod autem non nulli codices habent secundum  
 mattheum non enim <sup>mulier</sup> mostrat. sed dormit. cum eam mar  
 cus & lucas duodecim annorum puellam fuisse se testentur.  
 intellegas hebreo more locutum esse se mattheum. Nam  
 & aliis scripturarum locis hoc inuenitur. Non est tantum  
 quae uirum par se fuerant. sed omnino feminas & iam  
 intactas. atq; integras mulieres appellari. Sicut de ipra  
 eua scriptum est. Formauit eam in mulierem. Et  
 illud in libro numerorum ubi iubentur custodire muli  
 eres quae nescierunt cabile masculi. id est uirginer  
 ne interfici ~~antur~~ antur. Qua locutione & iam paulus  
 ipsum xpm ait factum ex muliere. Hoc enim



melius intellegimus, quam ut illā duodecim annorum  
iam nuptam uel uirum ex pectā fuisse credamus.  
Sequitur ergo mattheus & dicit. **XXVIII.**  
**ET TRANSEVNT E IHD. SECUTISVNT EVM**  
**DUO CAECI CLAMANTES ET DICENTES.**

Miserere nostri fili dauid. Et cetera usq; ad illud  
ubi ait. Pharisei autem dicebant. In principe  
demoniorū eicit demones. Hoc de duobus caecis  
& demuto demonio. solus mattheus ponit. Illi  
enim duo caeci de quibus & alii narravit. non sunt  
isti. Sed tamen simile factum ē. ita ut si ipse  
mattheus. non & iā illius facti meminisset. posse  
putari hoc quod nunc narrat dictum fuisse & iā  
ab aliis duobus. Quod commendare memorat  
diligenter debemus esse quaedā facta similia. quod  
probatum cum idē ipse euangelista utrumq; com-  
morat. ut si quando talia singula apud singulos  
inueniremus atq; in eis contrariū quod solui non  
possit. occurrat nobis non hoc esse factum.  
sed aliud simile. uel similiter factum. **XXX.**

**SANE DEINCEPS NON APPARET ORDO RERŪ**  
**GESTARŪ.** Nam post haec duo facta de caecis  
& demuto demonio. ita sequitur Et circūibit  
ihr ciuitates omnes & castella. docens in synagogis  
eorum. & predicans euangeliū regni & curans  
omnem languorem & omnem infirmitatem.  
Videns autem turbas. misertus ē eis qui erant

11 & iacentes sicut oues non habentes pastorem.  
 12 Tunc dicit discipulis suis. Messis quidem multa. ope-  
 13 rari autem pauci. Rogate ergo dominum messis. ut eiciat  
 14 operarios in messem suam. Et conuocatis duodecim  
 15 discipulis suis. dedit illis potestatem spirituum in  
 16 mundorum. Et cetera usque ad illud ubi ait. Amen  
 dico uobis non pro mercedem suam. In hoc toto loco  
 quem nunc commemoramus multa aduertunt discipu-  
 los suos. Sed utrum eam ex ordine mattheus sub-  
 iunxerit. an ei ordo narrandi recordatio sua fuerit.  
 sicut dictum est non apparet. Hunc locum breuiter  
 uidetur perstrinxisse marcus. & cum sic ingressus  
 dicens. Et circuibat castella in circuitu docens. &  
 conuocauit duodecim. Et coepit eos mittere  
 binos. & dabat illis p potestatem spirituum  
 in mundorum. Et cetera usque ad illud ubi ait. Ex-  
 cute puluerem de pedibus uestris in testimonium illis.  
 Sed antequam hoc narraret marcus. prius post resurrectionem  
 filiam archisynagogi illud narrauit ubi dominum patria  
 sua mirabantur unde illi esset tanta sapientia. &  
 uirtutes. cum eius cognationem nosset. Quod mattheus  
 post admonitionem istam discipulorum. Et post alia  
 multa commemorat. Itaque incertum est utrum hoc quod  
 agitur in eius patria mattheus omissem reuocauerit.  
 an marcus recordatum antecoeperit. quis nam eorum  
 ordinem reigesse. & quis recordationis suae tenu-  
 erit. Lucas autem continuo post resurrectionem

filiae iairi subiungit hunc locum de potestate & ad  
 monitione discipulorum. tam breuiter sine quam  
 marcus. Neq; ipse ita hoc sequi & iā in rerū gestarum  
 ordine appareat. In nominib; ergo discipulorum lucas  
 qui eos alio nomine nominat. cum prius eliguntur  
 in monte amatheo non discrepat. nisi in nomine iude  
 iacobi quem mattheus addeum appellat. Nonnulli  
 autem codices habent lebbeum. Quis autem unquā  
 prohibuerit duobus uel trib; nominib; hominem  
 unum uocari solere? Item quaeri quomodo mattheus  
 & lucas commemorauerint dixisse dñm discipulis  
 ut nec uirgā ferrent. cum dicat marcus. & precepit  
 eis nequid tollerent inuia nisi uirgā tantum. Et  
 sequitur & iam ipse. Non perā. non panem. neq; in zona  
 aes. Ut ostendat in eodē q̄ loco uerrari narra-  
 tionem suam. In quo & illorū dixerunt nec uirgā feren-  
 dam. Quod ita soluitur. Intellegamus sub alia  
 significatione dictā uirgā quae secundū marcum  
 ferenda ē. & sub alia illam quae secundū mattheum  
 & lucā non est ferenda. Sicut sub alia signifi-  
 catione intellegitur temptatio de qua dictum est dñs ne-  
 minem temptat. & sub alia de qua dictū est. Temp-  
 tat uos dñs dñs uester. ut sciat si diligitis eum. Illa  
 seductionis ē. haec probationis est. Sicut iudi-  
 cium aliter accipitur. de quo dictum ē. qui bene  
 fecerunt in resurrectionem uitae qui male fecerunt  
 in resurrectionem iudicii. & aliter de quo dictū ē.

Judicame dñ & discerne causam meam de gente non reā.

Illud enim iudiciū damnationis est. hoc discernitionis.

Et multa alia sunt uerba quae non habent unam  
significationem. sed diuersis <sup>locis</sup> congruenter posita  
diuerso modo intelleguntur, & aliquando cum ex posi  
tione dicuntur. Ut est illud. Nolite pueri effici sensib;  
sed malitia paruuli estote. ut sensibus pfecti sitis.

Hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit Nolite  
esse pueri. sed estote pueri. Et illud. Siquis putat se  
sapientem esse in uobis. in hoc saeculo stultus fiat. ut sit  
sapiens. Quid enim aliud dixit. quam non sit sapiens.  
ut sit sapiens. Aliquando autem clausa ita dicuntur.  
ut exerceant Inquirentem. Ut est quod ait ad galatas.

Inuicem onera uestra portare. & sic adimplebitis  
legem xpi. Qui enim putat se esse aliquid cum  
nihil sit. se ipsum seducit. Opus autem suum  
probat & unusquisq; & tunc in semetipso habebit  
gloriam & non in altero. Unusquisq; enim pro  
prium onus portabit. Nisi oneris nomen sub  
diuersis significationib; acceperis. proculdubio  
putabis eundem sibi in loquendo esse contrarium.  
& hoc esse in una sententia. tam uicine positis uerbis.  
qui cū paulo antediceret alter alterius onera portare.  
postea dixit. unusquisq; propriū onus portabit.

Sed alia sunt onera participandae infirmitatis. alia  
reddendae rationis dō de actib; nostris. Illa cum fra  
trib; sustentanda communicantur. haec propria

Ab uno quoque postantur. Ita & uirga intellegitur  
 spiritaliter de qua dicebat apostolus. In uirga ueniā  
 ad uos. Et corporaliter qua utimur siue ad equum  
 siue ad aliquid aliud opus fuerit. ut interim omittā  
 & alias huius nominis figuratas significationes.

Utumque ergo accipiendū ē. a dño. apostolus dicitur.  
 & ut nec uirgā ferrent. & ut non nisi uirgā ferrent.

Cum enim secundum mattheum diceretis. nolite pos-  
 sedere aurum. neque argentā neque pecuniā in zonis ur̄is.  
 Non petam in uia neque duas tunicas neque calciamenta  
 neque uirgam. continuo subiecit. Dignus ē enim  
 operariōr ciboruo. Unde satis ostenditur quōr  
 eos haec possidere ac ferre noluerit. Non quod  
 necessaria non sint sustentationi huius uitae. sed  
 quia sic eos mittebat ut eis. Haec debent demon-  
 strare ab illis ipsis quib; euangeliū credentib; ad nun-  
 tiarent. tamquā stipendia militantibus. tamquam  
 fructum uineae plantatoribus. tamquā lac gregis  
 pastoribus. Unde paulus dicit. Quis militat suis  
 stipendiū. quam. Quis plantat uineā & de fructu  
 eius non edit. Quis pascit gregem & de lacte gregis  
 non percipit. Hinc enim loquebatur de his quae  
 necessaria sunt p̄dicatorib; euangelii. Unde paulo  
 post dicit. Si nos uobis spiritalia seminauimus.  
 magnum ē. si uirā carnalia m̄camur. Si alii potesta-  
 tis uirae participant. non magis nos. Sed non sumus  
 usi hac potestate. Unde apparet haec n̄ ita percipi rectim.

tamquam euangelistae uiuere. aliunde non debeant.  
 quam eis praebentibus; quibus adnuntiant euangelium.  
 Alioquin. contra hoc preceptum fecit idem apostolus  
 qui uictum de manuum suarum laboribus transiebat.  
 nec inquam grauis esset. Sed potestatem dedisse  
 in qua scirent sibi ista debere. Cum autem a domino  
 aliquid imperatur. nisi fiat. Inoboedientiae culpae.  
 Cum autem potestas datur. licet cuique non uti. & tam  
 quam de suo iure recedere. Haec ergo dominus loquens  
 discipulis id aiebat. quod ipse apostolus paulo post  
 apertius ita explicat. Nescitis quoniam qui in templo operari  
 tur. quae de templo sunt edunt. Qui altari deseruiunt.  
 altario conpartiantur. Sic & dominus ordinauit  
 his qui euangelium adnuntiant. de euangelio uiuere.  
 Ego autem nullius horum usus sum. Cum itaque dicitur  
 ita dominum ordinasse se. autem usum non esse. utique  
 ostendit utendi potestatem datam. non inpositam  
 seruiendi necessitatem. Hoc ergo ordinans dominus  
 quod eum ordinasse dicit apostolus qui euangelium  
 adnuntiant de euangelio uiuere. illa apostolus loque  
 batur ut securi non possiderent neque possiderent huius  
 uitae necessaria. nec magna minima. Ideo posuit  
 nec unquam. ostendit a fidelibus suis omnia debere  
 ministris suis nulla superflua requirentibus. Ac per hoc  
 addendo dignus est enim operari de cibis suis. pro  
 suis aperuit & inlustrauit unde & quare haec omnia  
 loqueretur. Hanc ergo potestatem uirgalem

nomine significauit. cum dixit nequid tollerent Inuia  
 nisi uirgam tantum. Potuit enim & sic breuiter dici.  
 Nihil necessarium uobiscum feratis nec uirgam. nisi  
 uirgam tantum. Ut illud quod dictum est. nec uirga.  
 Intellegatur. nec minimas quidem res. Quod uero  
 adiunctum est. nisi uirga tantum. Intellegatur quia  
 per potestatem ad dno accepta quae uirgae nomine  
 significata est. & sic quae non postantur non deerunt.  
 Utrumque ergo dnr dixit. Sed quia non utrumque unus  
 euangelista commemorauit. putatur ille qui uirgam  
 sub alia significatione positam tollendam dixit ei  
 qui uirgam. rursus aliud significantem non tollendam  
 dixit esse contrarium. Sed iam ratione reddita.  
 non putatur. Sic & calciamenta cum dicit mattheus  
 Inuia non esse postanda. curam prohibet. quia ideo  
 postanda cogitantur. ne desint. Hoc & de duabus  
 tunicis intellegendum est. ne quisquam eorum preter  
 eam quam esset indutus aliam postandam putaret  
 sollicitus. Ne opus esset cum ex illa potestate posset  
 accipere. Deinde marcus dicendo calciari eos  
 sandalium uel soleis. aliquid hoc calciamentum  
 mysticae significationis habere admonet. Ut per  
 neque tectus sit. nec nudus ad terram. Id est. ne occul  
 tatur euangelium. nec terrenis commodis imitatur.  
 Et quod non postari uel haberi duas tunicas ex p<sup>sal</sup>is  
 indui prohibet dicens. & ne induerentur diaboli  
 tunicis. quid eos mouet. Nisi non dupliciter

sed simpliciter ambulare. Ita dñm omnia dixisse  
 nullo modo dubitandum. ē. partim proprie partim  
 figurate. sed euangelistas alia istū alia illum inseru-  
 isse scripturis suis. Quaedam uero eadem uel  
 duos uel tres eorum quos libet uel omnes quatuor  
 posuisse. Nec sic tamen omnia esse conscripta  
 quae ab illo seu dicta seu facta sunt. Quis quis  
 autem putat non potuisse dñm in uno sermone quae-  
 dam figurate quaedam proprie ponere. eloquia  
 cetera eius inspiciat. & uidebit quam hoc temere  
 atq; in erudite arbitretur. Potest enim iste ut unū  
 aliquid dicam quod animo interim occurrit. qm̄  
 monēt ut non sciat sinistra quod faciat dextra. & iheru-  
 salemosinas. quicquid illic aliud p̄cepit figurate  
 accipiendū putare. Sane rursus admonero quod  
 oportet meminisse lectorem. Ne tali admonitione  
 saepissime indigeat alius atq; alius sermonū suorū  
 locis dñi iam multa iterasse quae alibi dixerat.  
 Ne forte ipsorum locorum ordo cum ex alio euange-  
 lista non conuenierit. alicui eorum hinc putet esse  
 contrarium. Cum intellegere debeat iterum alibi  
 dici quod iam alibi dictum erat. Nec tantum de  
 dictis. uerum & iā de factis obseruari debere.  
 Nihil enim prohibet hoc idem iterum factum crede-  
 re. Calumniari autem euangelio dum non credit.  
 iterū fieri non potuisse nemo conuincit. sacrilegae  
 unitatis ē. Sequitur mattheus & dicit. **XXXI.**



**ET FACTUM EST CUM CONSUMMASSET IHS  
PRECIPiens duodecim discipulis suis.**

Transiit inde ut doceret & predicaret in ciuitatibus  
eorum. Johannes autem cum audisset & inuincularet  
opera xpi mittens duos de discipulis suis ait illi.  
Tuer qui uenturus es an alium expectamus. Et  
cetera usque ad illud ubi ait & iustificatus est sapien  
tia a filiis suis. Hunc totum locum de iohanne bap  
tista quod miserit ad ihm & cuius modi respon  
sum acceperint illi quos miserit & quicquid p̄ eorum  
abscersu de iohanne dñs dixit. Interponit & lucas  
non quidem ipso ordine. Sed quis eorum recorda  
tionis suae. quis rerum ipsarum hic ordinem tenet  
non apparere. Sequitur matth & dicit. **XXXII.**

**TUNC COEPIt EXPROBRARE CIUITATIBUS IN  
QUIB; FACTAE SUNT PLURIMAE UIRTYTES EIVS.**

Quia non egerunt paenitentiam. Et cetera usque ad  
illud ubi ait. Terrae sodomorum remissus erit  
in die iudicii quam tibi. Etiam hoc commemorat  
lucas continuo cuidam sermone dñi. & iam haec  
ipsius horae coniungens. Unde magis uidetur ipse  
hoc ordine illa commemorare quo a dño dicta sunt.  
Mattheus autem suae recordationis ordinem tenuisse.  
A ut si illud quod idem mattheus ait. tunc coepit  
exprobrare ciuitatibus sic accipiendum putatur ut  
punctum ipsum temporis uoluisse credatur expri  
mere. In eo quod est tunc. non autem ipsum tempus

aliquanto latius quod haec multa gerebantur & dice-  
 bantur. quis quis hoc credat. credat & iam hoc esse bis  
 dictum. Cum enim & apud unum euangelistam in-  
 ueniatur quaedam. quae bis dixerit dñs. sicut apud  
 eundem lucam de non tolenda pera in uia. & similit̄  
 ceteris duob; locis dictum adñō inuenitur. Quid  
 mirum si & aliquid aliud bis dictum singillatim  
 a singulis dicitur eodem ordine quo dictum ē.  
 Et ideo diuersus ordo apparē in singulis. quia &  
 tunc quando ille. & tunc quando iste commemo-  
 rat dictum ē. Sequitur mattheus. **XXXIII.**

**IN ILLO TEMPORE RESPONDENS IHS DIXIT.**

Confiteor tibi pater. dñe caeli & terrae. quia abscon-  
 disti haec a sapientib; & prudentibus. Et cetera usq;  
 ad illud ubi ait. Iugum enim meū suauē ē. & onus  
 meum leue. Huius loci & lucas meminit. sed ex parte  
 non dicit enim ipse. uenite ad me omnes qui labora-  
 tis. & alia quae sequuntur. Semel autem hoc dictū  
 adñō. sed lucā non totū quod dictum ē. commemo-  
 rare credibile ē. Mattheus enim dicit. In illo  
 tempore respondens ihs. dicit. Postea quā expro-  
 brauit ciuitatibus. Lucas autem post illam expro-  
 brationem ciuitatū interponit quaedam. non tam  
 multa atq; hoc ita subiungit. In ipsa hora exultauit  
 spū scō. & dixit. Unde & iam si mattheus non illo

eum  
 proph&

tempore diceret sed in ipsa hora. tam pauca  
 interponit lucas in medio. ut & iam

eadem hora dictū non absurde uideatur. Sequitur  
mattheus & dicit. **XXXIII.**

**I N I L L O T E M P O R E A B I I T I H S S A B B A T O P S Y N A G O G A E**

**D**iscipuli autem eius esurientes. coeperunt uellere spicas  
& manducare. Et cetera usq; ad illud ubi ait. Dñs  
ē enim filius hominis & iā sabbati. Hoc quoq;  
sine ulla repugnantiae quaestione commemoratur  
& a marco & a lucā. sed illi non dicunt In illo tēpore.  
Unde fortassis magis mattheus rei gestae hic ordinē  
tenuit. Illi autē recordationis suae. Nisi siluam  
accipiat quod dictū ē. illo tempore. id ē. quo haec  
multae diuersa gerebantur. Sequitur ergo mattheus  
ita narrans. **XXXV.**

**E T C Ū I N D E T R A N S I S S E T U E N I T I N S Y N A G O G A E O R Ū  
E T E C C E H O M O M A N Ū H A B E N S A R I D A M .**

**E**t cetera usq; ad illud ubi ait. & restituta ē. sanitati  
sicut altera. De isto sanato qui manū habebat  
aridam. & iā marcus & lucas non tacent. Possent  
autē putari eodie factum & despici & de ipso sanato.  
qm̄ sabbatū & hic commemoratur. nisi lucas aperu-  
isset & alio sabbato factum esse de sanitate aride manus.  
**P**roinde quod ait mattheus. & cum inde transisset  
uenit in synagogā eorū. non quidem uenit. nisi cū  
inde transisset sed post quot dies in synagogā eorū  
uenerit. postea quā segete illa transiit. an teta  
continuo q; illuc gerit. non expressū ē.

**A**c pro hoc locus datur narrationi lucas



quid dicit alio sabbato huius manū sanātā. Sed potest  
mouere quomodo mattheus dixerit quod ipsi interro  
gauerint dñm si licet sabbato curare. uolentes inuenire  
accusandi occasionem. ipse uero illis de oue proposue  
rit similitudinem dicens. Quis erit ex uobis homo  
qui habeat ouem unam. & si ceciderit haec sabbatis  
in foueā. non tenebit & leuabit eam. Quanto melior ē.  
homo oue. Itaq; licet sabbatis benefacere. Cū marcus  
& lucas illor potius ad dño interrogator esse phibeant.  
Licet sabbato benefacere an male. animā saluā facere  
an perdere. Itaq; intellegendū ē. quod illi prius interro  
gauerint dñm. si licet sabbato curare. Deinde quod  
intellegent cogitationes eorum aditū accusandi quaere  
rentiā. constituerit in medio illū quem fuerat sanaturus.  
& interrogauerit quae marcus & lucas eum interrogasse  
commemorant. ac tunc illis tacentibus; proposuisse  
similitudinē de oue. & conclusisse se quod liceat sabbato  
benefacere. Postremo circū spectis eis cum ira. sicut  
marcus dicit. contristatur ē. sup caecitatē cordis eorū.  
dixisse homini ex tende manū tuā. Sequitur math  
ita contexens narrationē suā. **XXXVI.**

**EXEUNTES AUTEM PHARISEI CONSILIUM FACIE  
BANT ADUERSUS EUM. QUOMODO EUM PERDERENT.**  
Ihs autem sciens recessit inde. & secuti sunt eum multi.  
& curauit eos om̄s. Et praecepit eis ne manifestam  
eum facerent. Ut adimpleretur quoddictū ē. per euā  
prophētā dicentē. Et cetera usq; ad illud quod ait.

& in nomine eius gentes sperabunt. Hoc solum iste commemorat. Illi duo in alia perrexerunt. Ordinem sane rei gestae uidetur marcus aliquantulum tenuisse. quid dicit ihm cognita maligna aduersum se dispositione iudeorum. se cersisse ad mare cum discipulis suis. & ad eum turbas confluisse & sanasse eum plurimos. Unde autem coeperit in aliud ire. non quod ordinem sequeretur uix appareret. utrum ibi dicit conuenisse ad eum turbas. Potuit enim hoc iam & alio tempore. An ubi dicit ascendit in montem. quod & lucas uidetur commemorasse dicens. Factum est autem in illis diebus. satis ostendit non continuo factum. Mattheus ergo sequitur & dicit. **XXXVII.**

**TUNC OBLATUS EST EI DAEMONIUM HABENS CAECVS ET MUTVS. ET CURAUIT EUM. ITA UT LOQUERETUR ET UIDERET.**

Hoc non isto ordine. sed post alia multa lucas commemorat. & mutum dicit tantum. non & iam caecum. Sed non ex eo quod aliquid tacet de alio dicere putandum est. Ea enim sequentia & iam ipse contexit quae mattheus.

Sequitur mattheus dicens. **XXXVIII.**

**ET STUPERANT OMNES TURBAE ET DICEBANT.**  
 Numquid hic est filius dauid? pharisaei autem audientes dixerunt. Hic non eicit daemones nisi in beelzebub principe daemonorum. Ihs autem sciens cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnum diuisum

contrare derolabitur. Et cetera usq; ad illud ubi ait.  
 Ex uerbis tuis iustificaberis & ex uerbis tuis condemna-  
 beris. Marcus non ex occasione illius muti subicit  
 dictum de ihu quod in beelzebub eicit daemona. Sed  
 post alia quaedam quae solus commemorat. hoc quoq; sub-  
 necit. siue alio loco. id recolens & adiungens. siue aliquid  
 praetermittens. & deinde adhunc ordinem rediens.

Lucas autem pene totidem uerbis hoc dicit quod mattheus.  
 Et quod digitum di appellat spm di. ab eadem sententia  
 non recedit. quin potius & aliquid docet. ut nouerimus  
 quem admodum intellegamus ubicumq; scripturaru legerimus  
 digitum di. In aliis autem quae non hic dicunt marcus  
 & lucas. nulla controuersia est. nec in his quae aliquanto  
 aliter dicunt. quia eadem sententia est. Sequitur  
 mattheus & dicit. **XXXVIII.**

**TUNC RESPONDERUNT EI QUIDAM DESCRIBIS  
 ET PHARISEIS DICENTES.**

Magister. uolumus te signum uidere. Et cetera usq; ad  
 illud ubi ait. Sic erit generatiō huic pessima. Haec  
 & iam lucas narrat eo quidem loco. sed aliquanto dis-  
 pari ordine. Nam illud quod praeterierunt signum ad no-  
 de caelo. supra commemorauit post illud de muto  
 miraculum. & non ibi reuulit quid eis ad hoc dñs  
 respondisset. Sed postea cum turbae concurrissent.  
 dicit hoc fuisse responsum eis. Quosdam intellegi supe-  
 rius. a se commemoratos. quod de caelo signum querebant.  
 Et hoc adnecit. postea quam in ter posuit de muliere

quae dixit dño. Beatus uenter quae postauit. Hanc  
autem mulierem Interponit. cum de sermone dñi cōme-  
morat &. quod sp̄s in mundum exierit ab homine redit  
& inuenit domum mundatam. Post mulierem ergo  
illā cum diceret responsum esse turbi designo quod de celo  
quaerebant. Interposita similitudine Ionaē prophetae.  
deinde continuato sermone ipsius dñi cōmemorat  
dictū de regina austri & de ineuitis. Ita aliquid potius  
commemorauit. quod mattheus tacuit. quā aliquid  
p̄termisit eorū quae hoc loco ille narrauit. Quis autē  
non uideat sup̄fluo quaeri quae illa ordine dñi dixerit.  
cum & hoc discere debeamus. per euangelistarū excellen-  
tissimam auctoritatē non esse mendaciū. si quis quā  
non hoc ordine cuiusquam sermonem digesserit. quo  
ille a quo processit. cum ipsius ordinis nihil intersit  
ad rem. siue ita siue ita sit. Et adhuc lucas producti-  
orem hunc dñi sermonē indicat. & in eo quaedam  
commemorant. qualia mattheus in sermone illo qui ē.  
habuit in monte. Quae bis dicta intellegimus. Et ibi  
scilicet & hic. Ter<sup>m</sup> nato autem isto sermone. In aliud p̄git  
lucas. In quo utrū ordinē rerum gestarū seruare. In-  
certum ē. Ita enim connectit. Et cum loqueretur. rogauit  
eum quidam pharisaeus ut pranderet apud se. Non autē  
ut cum haec loqueretur. sed cum loqueretur. Nam si  
dixisset cum haec loqueretur. necessario cogeret intel-  
lere hoc ordine non tantū a se fuisse narrata. uerū &  
a dño gesta. Sequitur ergo mattheus & dicit.

112  
XL. ADHUC EO LOQUENTE AD TURBAS. ECCE  
MATER EIUS ET FRATRES STABANT FORIS  
QUAERENTES LOQUI EI;

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Qui cūq; enim fecerit  
uoluntatem patris mei qui in caelis. ē ipse meus frater  
& soror & mater. ē. Hoc sine dubio consequenter gestū  
intelligere debemus. Premisit enim cum ad hoc narra-  
dum transiret. adhuc eo loquente ad turbas. Quid. ē.  
adhuc? nisi illud quod loquebatur. Non enim dixit  
& eo loquente ad turbas ecce mater eius & fratres. sed ad  
huc eo loquente cum dicit. cogit intelligi haec loquente  
quae superius indicabat. Nam & matheus post illud quod  
de blasphemia sp̄s sc̄i quid dñs dixerit. rēulit. Et ueni-  
unt in quidē mater eius & fratres. p̄rmissis quibus-  
dam. quae in eodem textu sermonis dñi & mattheus  
prolixius marco. & lucas prolixius mattheo posuerunt.  
Lucas autem non huius rei gestae ordinem tenuit.  
sed p̄occupauit hoc. & recordatum ante narrauit.  
Deniq; hoc sic interposuit. Ut solus appareat an exu  
& superiorum. <sup>apostolorum</sup> Post commemoratas enim quasdam  
parabolas dñi. ita hoc de matre & fratrib; eius recorda-  
tum interposuit. Uenerunt autem ad eum illi. Inquit  
mater & fratres eius. & non poterant ad eum adire  
p̄r turba. Non expressit quando ad eum uenerint.  
Rursus cum & hinc transit. ita loquitur. Factum  
est. autem inquit. in unadierum. & ipse ascendit.  
in nauiculā & discipuli eius. Et hic utiq; cum dicit



factum ē. In unadierū. satis indicat necesse esse ut  
haec dies intellegatur In qua hoc gestū ē. uel illa quae  
continuo sequitur. Nihil itaq; habet repugnantiae  
cum ceteris duob; quod mattheus de matre & fratri  
bur dñi narrat. Neq; In uerbis dñi neq; In ipso ordine  
rerum gestarū. Sequitur mattheus. **xli.**

**IN ILLO DIE EXIENS IHS DE DOMO. SEDEBAT  
SECUS MARE;**

**E**t congregatesunt ad eū turbae multae. Ita ut in na  
uiculam ascendens sederet. Et omnis turba stabat  
in litore. & locutus ē. eis multa in parabolis dicens.  
Et cetera usq; ad illud ubi ait. Ideo omnis scriba doc  
tus in regno caelorum similis ē. homini patri familiar  
qui profert de thesauro suo noua & uetera. Post illud  
quod narratū ē. de matre & fratrib; dñi. hoc continuo  
gestum esse. & eum ordinē mattheū & iā in narrando  
tenuisse. ea res insinuat. quia cum illuc transit  
ita contexit ut diceret. In illo die exiens ihs de domo  
sedebat secus mare. & congregatesunt ad eum turbae  
multae. Cum enim dicit in illo die. nisi forte dies mo  
re scripturarū tempus significet. satis indicat hoc  
consequens gestū. aut non multa interponi potu  
isse. **M**axime quia & marcus eum ordinē tenet.  
**L**ucas autē post illud quod narrat de matre & fratribus  
dñi. In aliud transit. nec eo transitu connexionem  
aliquā facit quā huic ordini repugnare uideatur.  
**O**mnium ergo horū quae mattheus dñm locutū esse

narravit. quaecum illo dixerunt. marcus & lucas.  
 non habent repugnantiae quaestionem. Quae autē  
 ipse solus dixit multo magis sine controversia sunt.  
 Nec in ipso ordine quāvis aliquanto diversum aliud aliud  
 teneat partim gestarū partim recordationis suae uideo quid.  
 uel cui quisq; aduersetur. Sequitur ergo mattheus.

**XLII. ET FACTUM EST. CUM CONSVMASSET IHS  
 PARABOLAS ISTAS. TRANSIIT INDE.**

Et ueniens in patriā suam. docebat eos in synagogis eorū.

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Et non fecit ibi uisitates  
 multas. propt̄ incredulitatem illorū. A superiore  
 sermone parabolarū sic transiit. ut non ostendat  
 consequentis ordinis necessitatem. Praesertim quia  
 marcus ab istis parabolis non in quod iste sed in aliud  
 tendens in quod & lucas ita contexit narrationem.  
 ut credibilius ostendatur hoc esse potius consequentē  
 gestum. quod ipsi duo continuantē adiungunt.

Denari scilicet in qua dormiebat ihs. & de illo miracu  
 lo expulsoꝝ demonioꝝ apud gerarsenor. quae duo  
 mattheus iam superius recolens in tēporuit. Nunc  
 ergo quae in patria sua dñs dixerit uel ei dictasint.  
 uideamus utrū cum aliis duob; marco & luca con  
 cordent. Nam iohannes longe in diuersis & dis  
 similib; narrationis suae locis uel dicta esse dño  
 talia. uel eum dixisse commemorat. qualia hoc  
 loco tres ceteri meminuerunt. Et marcus qui  
 dem prope commemorat hic omnia quae matth.

nisi quod dñm fabrū & mariae filiū dicit ac iuibus; sicut  
 dictum non sicut mattheus fabri filium. Nec miran-  
 dum. ē. cum utrūq; dici potuerit. Ideo enim fabrū  
 credebant. quo fabri filiū. Lucas autem eandem  
 rem gestā latius indicat. & plura ibi commemorat.  
 Nec longe post baptismū & temptationē. hoc <sup>aut</sup> inserit.  
 sine dubio p̄occupans quod multis reb; interpositis  
 postea gestū. ē. Unde quisq; possit ad uertere. quod  
 huic tā magnae quaestioni quā de consensu euange-  
 listarū enodandā dō adiuuante suscepimus.  
 plurimū necessariū. ē. non nescientes aliquid eos  
 p̄termisisse. aut nescientes quem admodū se ordo  
 rerū gestarū haberet. & alium potius ordinem suae  
 recordationis tenuisse. Quod hinc euidentissime  
 intellegi potest. quia lucas antequā aliquid nar-  
 raret dñm fecisse capharnaū. p̄occupauit hunc  
 locum quem nunc consideramus. ubi ciues eius &  
 potentiā uirtutis in eo stupebant. & ignobilitatem  
 generis contēnebant. Nam hoc eum dicit eis  
 dixisse. Utiq; dicitis mihi medice curate ipsū.  
 Quanta audiuius facta in capharnaū. facta hic in  
 patria tua. Cum secundū eiusdem ipsius lucas  
 narrationē nihil adhuc legatur fecisse capharnaū.  
 Quod quia longū non. ē. & facillimū. ē. & p̄neces-  
 sariū totū inserimus. unde ad hoc narrandū & quo  
 modo uenerit. Postea quā baptizatū. & tempta-  
 tū dñm indicauit. Ita sequitur. Et consummata

omnitemptatione. diabolus recessit ab illo usque ad tem-  
 pur. Et regressus est. ih̄s in uirtute sp̄s in galileam.  
 & fama exiit per uniuersam regionem de illo. Et ipse  
 docebat in synagogis eorum. & magnificabatur ab omnibus.  
 Et uenit nazareth ubi erat nutritus. & intrauit secun-  
 dum consuetudinem suam die sabbati in synagogam. Et sur-  
 rexit legere. & traditus est illi liber prophete. Et ut re-  
 uoluit librum. Inuenit locum ubi scriptum erat. Sp̄s dñi  
 super me. propter quod unxit me. euangelizare pauperibus.  
 misit me. Predicare captiuis remissionem. & caecis uisum.  
 dimittere constrictos in remissionem. predicare annum  
 dñi acceptum & diem retributionis. Et cum uoluerit  
 reserare librum. reddidit ministro & rediit. Et omnium  
 in synagoga oculi erant intendentes in eum. Coepit  
 autem dicere ad illos. Quia hodie impletur haec  
 scriptura in auribus uestris. Et omnes testimonium  
 illi dabant. & mirabantur in uerbis gratiae quae  
 procedebant de ore ipsius. & dicebant. Nonne  
 hic filius est ioseph. Et ait illis. Utique dicitis  
 mihi hanc similitudinem. Medice cura te ipsum.  
 Quanta audiuius facta in capharnaum. fac & hic  
 in patria tua & cetera. donec peragat totum ipsum  
 narrationis suae locum. Quid ergo euidentius quam  
 hoc eum scientem preoccupasse narrandum. Cum  
 utique iam magna ab illo in capharnaum facta fuisset.  
 & ipse nouerit & ipse commemorare. quae se  
 nondum narrasse utique scit.

Neq; enim tantū ab eius baptismo progressus. ē. ut oblitus  
 putetur nondū se aliquid commemorasse de his quae  
 in capharnaum gesta fuerant. Modo enim coepit  
 post baptismū aliquid narrare de dño. Sequitur math.

**xliiii. IN ILLO TEMPORE.**

**A**uduit herodes tetrarcha famā ihū & ait pueris suis.  
 Hic ē. iohannes baptista. ipse surrexit a mortuis. &  
 ideo uisites operantur in eo. Marcus hoc  
 idem & eodem modo dicit. sed non eodem ordine.  
 Nam postea quā discipulos dñs misit dicens eis. ne quid  
 in uia ferrent nisi uirgā tantū. terminato eo sermo  
 ne quantū ab illo commemoratū. ē. & iā hoc subiecit.  
 nulla tamen facta necessitate. quā hoc & iam conse  
 quenter gestū esse intellegere cogeremur sicut nec  
 matheus in illo tempore dixit. Non illo die uel  
 hora. nisi quod marcus non quod herodes dixerit.  
**S**ed dicebant inquit. quia iohannes baptista resur  
 rexit a mortuis. Matheus uero de ipso herode  
 ait. inquit pueris suis. Lucas & iā eum narrandi  
 ordinem. quem marcus tenens nec ipse sane & iā  
 rerū gestarū eundem ordinem fuisse credi cogens.  
**I**ta hoc idem commemorat. Auduit autem inquit  
 herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo. & hae  
 sitabat eo quod diceretur a quibusdam. quia iohannē  
 surrexit a mortuis. a quibusdā uero quia helias  
 apparuit. ab aliis autē quia propheta unus de anti  
 quis surrexit. Et ait herodes iohannem ego

decollauit. quis. ē. autem iste. de quo audio ego talia?

Et quaerebat uiderē eum. In his uerbis lucas quoq; marco adtestatur ad hoc dum taxat quod alii dixerint. non herodes iohannem amostuis surrexisse. Sed quia haesitantem commemorauit herodem. Uerba que eius ita postea posuit dicentis. Iohannem ego decollauit. quis autem. ē. iste de quo audio ego talia Intellegendum. ē. ut post hanc haesitationē confirmasse in animo suo quod alii dicebatur Cum ait pueris suis sicut mattheus narrat. Et ait pueris suis hic. ē. iohannes baptista. Ipse surrexit amostuis & ideo uirtutes operantur in eo. Aut ita pronuntianda sunt haec uerba ut haesitantē adhuc indicent. si enī diceret. Numquid nā hic. ē. aut numquid forte hic. ē. iohannes baptista non opus esset admonere aliquid de pronuntiatione qua dubitatur atq; haesitatur intellegatur. Nunc quia illa uerba desunt utroq; modo pronuntiarī potest. Ut aut confirmatum eū ex aliorum uerbis credentem dixisse accipiamus. aut adhuc sicut lucas commemorat haesitantē praesertim quia & marcus qui superius dixerat. ab aliis fuisse dictum quod iohannes amostuis resurrexit. Inextremo tamen ipsum herodē dixisse non tacet quem ego decollauit iohannē hic amostuis surrexit. quae item uerba duob; modis pronuntiarī possunt. Ut aut confirmantis. aut dubitantis intellegantur. Cum autē lucas postea quā hoc commemorauit in aliud transeat duo isti mattheus & marcus ex hac occasione deb

narrant quem admodū sit ab herode iohannes occisus.

Sequitur ergo mattheus & dicit. XLIII.

**HERODES ENIM TENUIT IOHANNĒ ET ADLIGAVIT  
EŪ ET POSUIT IN CARCERĒ PROPT̄ HERODIADĒ  
UXORĒ FRATRIS SUI. ET CETERA USQ; AD EŪ LOCŪ UBI**

**AP.** Et accedentes discipuli tulerunt corpus. & sepelierunt illud. & uenientes nuntiauerunt ihū. Marcus hoc similiter narrat. Lucas autem non eodem ordine id recordatur sed circa ipsum baptismum quo dñs baptizatur. ē. Unde hoc preoccupasse intellegitur. & ipse ex occasione ut ubi narrat & quod multo post factum ē. Cum enim commemorasset iohannes uerba de dño. quod uentilabrum in manu eius & mundabit areā suā. frumētū recondet in horreū suū. paleas autē conburget igni inextinguibili. Continuo subiecit. Quod non continuo factum esse iohannes euangelista apertissime exponit cum commemorat. Postea quā baptizatur. ē. ih̄s in galileā quando fecit de aqua uinum. Et inde post paucorū dierū in capharnaum habitationem rediisse ad iudeam terrā. & ibi baptizasse multos circa iordanem antequā missus esset iohannes in carcerem. Quis autem non putet qui minus in his litteris eruditus ē. tam quā post illa uerba de uentilabro. & de area mundata. Continuo sit a iohanne offensus herodes & eum in carcerē miserit. Non autē hoc ordine ista narrata quo gestasunt. Et alibi iam probaui <sup>14</sup> mus & hoc ipso loco non quilibet alius.

sed idem lucas hoc probat. Si enim post uerba illa con-  
 tinuo iohannes in carcerē missus ē. quomodo post ipsā  
 commemorationem iohannis in carcerem missi bap-  
 tizatus ē. ih̄s. Secundū ipsius lucas narrationē. proin-  
 de manifestū ē. ex occasione recordatū p̄ occupasse. &  
 ante multa quae prius quā iohanni hoc fieri & gesta  
 narraturus erat. Hoc p̄ occupatū in sua narratione  
 p̄ misisse. sed nec illi duo mattheus & marcus. eo rerū  
 ordine de iohanne in carcerē misso. in sua narratione  
 posuerunt quo factū apparē. & iā in eorū scriptis.

Nam & ipsi dixerunt tradito iohanne dn̄m isse in galileā.  
 & post multa quae fecit in galileā. ueniunt ad herodis  
 ad monitionem uel haesitationē. quod iohannes quem  
 decollauit. a mortuis surrexit. & ex hac occasione  
 narrat omnia quae de iohanne contigerunt in cluso  
 & occiso. Sequitur ergo mattheus. XLV.

**CŪ DIXISSET NUNTIATŪ. EĒ. X̄P̄O QUOD  
 IOHANNES OCCISVS ESSET ET ITA NARRATIONĒ  
 CONTEXIT.**

Quod cum audiret inquit ih̄s secessit inde in nauicu-  
 lam in locum desertū seorsū. Et cum audissent turbe.  
 secutae sunt eum pedes tres. decem uicibus. Exiens uidit  
 turbā multā & misertus ē. eius & curauit languidos  
 eorum. hoc continuo post iohannis passionē factū. eē.  
 commemorat. Unde post haec factae sunt illa quae  
 primo narratae sunt. Quibus motus herodes dixit.  
 iohannē ego decollui. Illa enim posteriora debent



Intellegi quae ad herodem tulit fama ut moueretur &  
 haesitare. Quis nam iste esse possit de quo audire  
 talia cum iohannem ipse occidisset. Marcus autem  
 postea quam passionem iohannis narrauit commemorat  
 discipulos missos redire ad ih̄m & renuntiasse illi om-  
 nia quae egerunt & docuerant. Et dñm eis quod ipse  
 solus commemorat dixisse ut requirerent pusillum  
 in deserto. & ascendisse cum eis in nauem & ire. Tur-  
 bas hoc uidenter praeuenisse eos illuc quarum miserum  
 dñm docuisse multa & hora iam progrediente factum  
 esse ut de quinque panibus & duobus piscibus omnes  
 qui aderant pascerentur, quod miraculum omnes quat-  
 tuor euangelistae commemorauerunt. Lucas & iam  
 qui iam longe supra de iohannis passione narrauerat  
 ex occasione qua diximus. nunc postea quam comme-  
 rauit illam herodis haesitationem de dño. Quis nam  
 e&. hoc continuo subiungit quod marcus id e&. redire  
 ad illū. Apostolorum & narraisse illi quae illi fecerunt.  
**E**t adsumptis eis recessisse in locum desertum atque eo  
 secutus turbas & locutum e&. de regno dī. & eos qui  
 cura indigebant sanasse. atque inde & iam ipse die decli-  
 nante commemorat miraculum. De quinque panibus  
 factum. At uero iohannes qui multum ab eis tribus  
 euangelistis eo distat. quia magis in sermonibus  
 quos dñs habuit immoratur. quam in factis quae  
 mirabiliter fecit. postea quam commemorauit eū  
 relictam iudaea ab ipse iterum in galileam quod tunc

Intellegitur factum. cum & alii euangeliste dicunt eum  
 iohanne tradito isse in galileam. Postea quam ergo id  
 commemorauit iohannes in transitu eius per samariam.  
 multa quae locutus est. ex occasione illius samaritanae  
 quam inuenit ad puteum contexit narrationi suae. Et  
 post duos dies dicit eum inde exisse in galileam & inde  
 uenisse in chana in galileae ubi fecerat de aqua uinum  
 & sanasse filium reguli cuiusdam. Alia uero quae illum  
 in galilea fecisse atque dixisse. alii dixerunt. iohannes tacet.  
 Sed sane quod illi tacuerunt. Dicit ascendisse eum in  
 die festo hierosolymis & fecisse ibi miraculum. illud de  
 homine qui uiginti nouem annos habebat in infirmi-  
 tate nec habebat hominem a quo in piscinam deponeretur.  
 In qua uariis ualitudinibus affecti sanabantur. Et ex hac  
 occasione multa eum locutum fuisse commemorat. Post  
 haec eum cum dicit abisse trans mare galileae quod est  
 tiberiadis. & secutum multitudinem magnam deinde abisse  
 in montem & ibi sedisse cum discipulis suis proximo die  
 festo iudeorum. Tunc leuatis oculis & uisa multitudine  
 maxima pauisse eam de panibus quinque & duobus piscibus  
 quod & ceteri euangelistae dicunt. Ac per hoc praetermissis  
 illis quae illi narrando ad huius miraculi commemorationem  
 uenerunt cessatum est. Uerum tamen quantum ex alia narra-  
 tionis uia. cum & illi tacuissent quae iste dixisset ad  
 hoc miraculum de panibus quinque occurrerunt sibi & illi tres  
 qui praenae pariter ambulabant. & iste qui sermonum  
 domini alta consecretur per alia quae illi tacuerunt circum uolauit

quodam modo. & eis ad miraculū de quinque panibus partē  
com memorandum. Non multo post ab eis rursus in alba  
ora reuolaturus occurrit. Sequitur ergo matth. & ad ipsū.  
**XLVI. DE QUINQUE PANIBUS FACTV̄ NARRA  
TIONEM SUV̄ EX ORDINE ITA PERDUCIT.**

**U**espere autem <sup>facto</sup> accesserunt ad eum discipuli eius di  
centes. Desertus est locus & hora iam præterit. dimitte  
turbar ut euntes in castella emamur sibi eras. Ihs autem  
dixit eis. Non habent necesse ire date illis uos manducare  
Et cetera usque ad illud ubi ait. Manducantiū autē  
fuit numerus quinque milia uirorū exceptis mulieribus  
& paruulis. Hoc miraculū quod omnes quattuor  
euangelistæ commemorant. & putatur inter se aliquid  
discrepare. Considerandū atque tractandū est. ut ex hoc  
& iam ad cetera similia regulæ locutionū discantur.

**Q**uibus tam diuersis eadem tamen sententia reclinatur.  
& eadem rerū ueritas custoditur. Et Inchoanda qui  
dem est consideratio non a mattheo secundū ordinem  
euangelistarum. sed a iohanne potius a quo ita expressæ.  
ista narratio. ut & iam nomina discipulorū dicentis. Cum  
quibus de hac re locutus est dñs. Ita enim dicit. Cum  
subleuasset ergo ihs oculos & uidisset. Quia multi  
tudo maxima uenit ad eū. dicit ad philippū unde  
ememus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat  
temptari eum ipse enim sciebat quid esset & factururus.  
**R**espondit ei philippus ducentorū denariorum  
panes non sufficiunt eis ut unusquisque modicum

175  
quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius andreas  
frater simonis p&ri. ē. puer unus hic qui hab& quinque  
panes ordeacior & duos pisces sed haec quid sunt Inter  
tantos. Dixit ergo ih̄s facite homines discūbere.

Erant autē fienū multū In loco. discubuer̄ ergo uiri numero  
quasi quinque milia. Accipit ergo panes ih̄s. Et cum grati  
as egisset distribuit discūbentib; Similit̄ & ex piscibus  
quantū uolebant. Ut autē impl&isunt dixit discipulis  
suis. Collēgite quae superauerunt fragm̄ta ne pereant.

Colleger̄ autē & impleuer̄ duodecim cophinos fragm̄torū  
ex quinque panib; ordeacior quae sup fuerunt his qui man  
ducauerunt. Non hic quaeritur. quod iste dixit. Cuius  
modi essent panes ordeacior enim fuisse non tacuit  
quod c&eri tacuer̄. Neq; hoc quaeritur quod iste non dixit.

Fuisse ibi & iā p̄ter quinque milia uirorū mulieres &  
paruulos quod dicit mattheus & omnino iam certū  
esse deb&. & regulariter teneri In talibus questionib;  
neminē moueri oportere cum ab alio dicitur. quod  
ab alio p̄termittitur. sed quaeritur quomodo ea  
quae dixer̄ uera sint omnia ne narrationem alterius  
narrans aliud alter excludat. Si enim dñs secundū  
narrationē iohannis prospectis turbis. Quaesuit  
philippo temptans eū. Unde illis escae dari por  
sent. Potest mouere quomodo sit uerū quod  
alii narrauerunt prius dixisse se dño discipulos.  
ut dimitter& turbas quo possent sibi alimenta  
emere de proximis locis. quib; ille respondit.

Secundum mattheū non habent necesse ire date eis uos  
manducare. cui & iā marcus lucasq; consentiunt. Tan-  
tum hoc p̄termittere quod ait. Non habent necesse  
ire. Intellegitur ergo post hæc uerba dñm inspexisse  
multitudinē. & dixisse philippo quod iohannes  
commemorat. Isti autem p̄termiserunt. Deinde  
quod philippus apud iohannē respondit. Hoc marcus  
adiscipulus responsum esse commemorat uolens  
intellegi hoc. & ore ceterorū philippū respondisse.  
Quam quā & pluralem numerū pro singulari usitatissime  
ponere potuerit. Quid ergo ait philippus ducentorū  
denariorū panes non sufficiunt eis ut unusquisq;  
modicū quid accipiat hoc. ē. dicere quod ait marcus.  
Euntes ememus ducentis denariis panes & dabimus  
eis manducare. quod autē commemorat idem marcus  
dixisse dñm. quod panes habetis p̄termiserit ceteri.  
Quod autem andreas apud iohannē de quinque panibus  
& duobus piscibus suggerit. hoc ceteri pluralem  
numerū pro singulari ponentes ex discipulorū per-  
sona reulerit. Et lucas quidem responsionem phi-  
lippi. & responsionē andreae in unā sententiā con-  
strinxit. Quod enim ait. non sunt nobis plus quā  
quinque panes & duo piscis. Andreae reulit respon-  
sionem. Quod uero adiunxit nisi forte nos eam  
& emamus in omnē hanc turbā p̄scas uideretur ad  
responsionē philippi pertinere. Nisi quod deducen-  
tis denariis tacuit. quā quā & in ipsius andreae

79  
sententia potest hoc intellegi. Cum enim dixisset. est  
puer unus hic qui habet quinque panes ordeacior &  
duos pisces adiunxit & iam ipse. sed haec quid sunt  
inter tantos? Hoc est dicere nisi forte nos eamus  
& emamus in omnem hanc turbam escam ex qua uniuersa  
sa uarietate uerborum. Rerum autem sententiarumque  
concordia satis apparere salubriter nos doceri nihil  
quaerendum in uerbis. nisi loquentium uoluntatem cui  
demonstranda est in uigilare debent omnes ueridici  
narratores. cum de homine uel de angelo uel de deo  
aliquid narrant. horum enim uoluntas uerbis praemi  
potest. ne de ipsa aliquid inter se discrepent. Sane  
proptermittere non oportet hoc loco intentum. Et  
ad cetera quae talia forte occurrerint facere lectorem.  
quia lucas dixit. Quinquagenos ius se esse discubere.  
marcus uero & quinquagenos & centenos. Quod  
hic ideo non mouet quia unus partem dicit. alium  
totum. Qui enim & iam decentenos rekulit hoc  
rekulit quod ille praetermisit nihil itaque contrarium est.  
Uerum tamen si alius de quinquagenis tantum com  
memoraret. alius tantum decentenos ualde uideretur  
esse contrarium. Nec facile dinosceretur utrumque  
dictum esse. unum autem ab altero. alterum ab altero esse  
commemoratum. & tamen ad tentius consideratum  
inueniri debuisse. quis non fateatur? Hoc ideo  
dixi quia existunt saepe aliqua huiusmodi quae  
parum intendentibus & temere iudicantibus contraria

uideantur & non sint. Sequitur mattheus & dicit.

**XLVII. ET DIMISSA TURBA ASCENDIT  
IN MONTE SOLVS ORARE.**

Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem in medio mari lactabatur fluctibus; erat enim contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis. uenit ad eos ambulans supra mare. & uidentes eum supra mare ambulante turbati sunt dicentes quia phantasma est. Et ceteri usque ad illud uerba. Uenerunt & adorauerunt eum dicentes.

Uere filius dei est. Marcus autem hoc idem post narratum de panibus quinque miraculum ita sequitur. Et cum sero esset & erat nauis in medio mari. Et ipse solus in terra & uidentur eos laborantes in remigando. erat enim contrarius uentus eis & cetera similia. Nisi quod de petro super aquas ambulante nihil dixit. Hoc autem nemo uerba praecauendum est. quod Marcus dixit de domino cum ambularet super aquas. & uolebat praeterire eos. Quomodo enim hoc intellegere potuerunt. nisi quia in diuersum ibat eos uolens tamquam alienos praeterire aquibus ita non agnoscebatur. ut phantasma putaretur quod ad mysticam significationem refertur. Quis usque ad deo tardus est. & nolit aduenire. Sed tamen turbatis exclamantibus subuenit dicens. fidei te ego sum nolite timere. quomodo ergo eos uolebat praeterire. quos prauectus ita confirmat. Nisi quia illa uoluntas praeteriendi ad deliciendum illum clamorem ualebat. cuius subueniri oportebat. Iohannes & iam adhuc

cum istis aliquantū immoratur. Nam post narrationē  
 de quinque panibus miraculū ipse quoque hoc de laborante  
 nauicula. & ambulatione dñi sup aquas non tacet  
 ita contextens. Ihs ergo cum cognouisset quia uenturi  
 essent ut raperent eum regem. fugit iterum  
 in montē ipse solus. Ut autem sero factum est. descen-  
 derunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent  
 nauem. uenerunt trans mare in capharnaū. & tenebrae  
 iam factae erant. & non uenerat ad eos ihs. Mare  
 autem uento magno flante. exsurgebat & cetera nihil hic  
 contrariū uideri potest. Nisi quod mattheus di-  
 missis turbis eū dicit ascendisse in montem. ut illic  
 solus oraret. Iohannes autē in monte fuisse cum  
 eisdem turbis de quinque panibus prauit. Sed cum  
 ipse iohannes dicat post illud miraculū fugisse eum  
 in montem ne a turbis teneretur. quae eum uolebant  
 regem facere. utique manifestū ē. quod de monte in  
 planiora descenderunt quando illi panes turbis mi-  
 nistratisunt. Et ideo non ē. contrariū quod ascendit  
 rursus in montem. Sicut & mattheus & iohannes  
 dicunt. Nisi quod matth dixit. ascendit iohannes  
 fugit. quod esset contrariū. si fugiens non ascenderet.  
 nec illud repugnat. quod matth dixit. ascendit in  
 montē solus orare. Iohannes autem cum cognouisset  
 & inquit quia uenturi essent. & facerent eum regē.  
 fugit iterum in montē ipse solus. Neque enim. causae  
 orandi contraria ē. causa fugiendi. Quando quidem



& hinc dñs trans figurans in se corpus humilitatis  
nostrae. ut conforme faceret corpori gloriae suae.  
id quoq; docet hanc esse nobis magnā causam oran  
di. quando & causa fugiendi nec illud aduersum. ē.  
quod mattheus prius eū dixit iussisse discipulos  
ascendere in nauiculā & p̄cedere eum trans fr̄um.  
donec dimitteret turbas. ac deinde dimisit turbas  
ascendisse in montē solum orare. Iohannes uero prius  
eum fugisse commemorat solum in montē ac deinde.  
Ut autem sero factū ē. Inquit descender̄ discipuli eius  
ad mare & cum ascendis sent nauem & cetera. Quis  
enim non uideat hoc recapitulando Iohannem  
postea dixisse factum ad discipulos, quod iam ih̄s  
iusserat. Antequā fugisset in montem. sicut solē  
in sermone ad aliquid p̄termissum rediri quodāmodo  
sequia ipse reditur maxime in breuitate ac puncto  
temporis factus non commemoratur. Putavit plerū  
q; qui audiunt hoc & iā postea factū. ēē. quod postea  
dicitur. Sicut & iā quos dixerat ascendisse nauem  
& uenisse trans mare in capharnaū. Dicit ad eos  
in mari laboranter uenisse dñm ambulante sup̄ aquas  
quod utiq; prius ipsa nauigatione factū. ē. qua  
ueniebant capharnaum. Lucas autem post narratū  
de quinq; panib; miraculū p̄git in aliud & ab ordine  
isto digreditur. Neq; enim aliquid de nauicula illa  
com. memorat. & de uis dñi sup̄ aquas sed cū dixit  
s̄. Et manducauer̄ omnes & saturati sunt.

& sublatū ē: quod sup fuit illis fragm̄torū cophini  
duodecim. Deinde subiunxit. Et factum ē. cum  
solus esset orans. erant cum illo & discipuli & in  
terrogavit illos dicens. Quem medicunt esse turbæ.

¶ Nam deinceps aliud narrans non quod illi tres qui dñm  
ambulante super aquas uenisse ad nauigantes disci  
pulos & uiderent. nec ideo putari debet in illo monte quo  
eum dixit mattheus ascendisse ut solus oraret & dixit  
se discipulis. quem medicunt turbæ. Lucas enim uidet  
in hoc congruere mattheo. Quia dixit solus esset  
orans cum ille dixisset ascendit in montē solus orare.

Sed omnino alibi cum solus oraret & essent cū illo  
discipuli. Hoc interrogavit solum quippe lucas fuit  
se dixit non sine discipulis. sicut matth & iohannes  
quando ab illo discesserunt ut p̄cederent eū trans mare  
iste namq; apertissime adiunxit. Erant cum illo  
& discipuli. Proinde solum dixit sine turbis. quæ  
cum illo non habitabant. Sequitur matth dicens.

**XLVIII. ET CŪ TRANS FRETASSENT UENERŪ  
INTERRĀCENESAR. ET CŪ COGNOUISSENT EŪ  
UIRILOCUS MISEŪ IN UNIERSĀ REGIONE  
ILLĀ ET OBTVLERŪ EI OM̄S MALĒ HABENTES. ET  
ROGABAN̄ EŪ UT UEL FIMBRIĀ uestitiōis  
TANGERENT. ET QUI CŪQ; TETIGERŪ SUI FACTIS.**

Tunc accesserunt ad eum ab hierosolymis scribæ & phari  
sæi dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur  
traditionē seniorum. Non enim lauant manus suas

cum panē manducant. Et cetera usque ad illud ubi ait.  
 Non lotis autem manibus <sup>manducare</sup> non conquinat hominem.  
 Haec & marcus commemorat sine aliqua repugnantiae  
 quaestione. Quicquid enim diuerso modo ab alio dici  
 tur. ab eadem sententia non recedit. Iohannes autē  
 ab illa nauicula. ad quam dñs sup mare ambulans uenit.  
 Postea quam exierit in terrā more suo in sermone dñi inten  
 tur eum ex occasione panis multa p̄cipue quae diuina  
 locutum esse commemorat. Post quae ipsum sermone  
 rursus in aliud atque aliud eius narratio sublimiter fertur.  
 Nec tamen in eo quod ab istis digreditur aliquid ordini  
 istorum illius in alia transitur aduersatur. Quid enim  
 prohibet intellegere & illor esse sanctor ad dño. De quib;  
 narrat matth & marcus. & illis qui eum sequuntur trans mare.  
 Haec eum locutum ēē. quae p̄dicat iohannes. Quando  
 quidem capharnaū quod dicuntur secundum iohannē  
 trans fr̄ & esse iuxta stagnū ē. genesar. ad quā terram  
 secundum mattheū dicuntur exisse.

**XLVIII. SEQUITUR ITAQ. MATTH POST ILLV  
 SERMONEM DNI.**

Ubi de non lotis manib; cum phariseis egit atque con  
 serit narrationē in ordinem quantum ipse transitur  
 in dicit rerum & iā quae consecutae seruant. &  
 egressus inquit inde ih̄s. p̄ secessit in partem t̄ri &  
 sidonis. Et ecce mulier chanaea a finibus illis  
 egressa clamauit dicens ei. Misere mei dñe fili  
 dauid. filia mea male ad demonio uectur. Quinon

respondit ei uerbū. Et cetera usq; ad illud ubi ait. Omni  
 er magna ē. fides tua fiat tibi sicut tu uis. & sanata ē. filia  
 illius ex illa hora. Hoc de muliere chanaanica & iā marcus  
 commemorat. Eundem rerū gestarū ordinem seruans  
 nec afferens aliquā repugnantiae quaestionem. Nisi quod  
 in domo dicit fuisse dñm. Cum ad illū uenit eadem  
 mulier pro filia sua rogans; Mattheus autem potest qui  
 dem facile intellegi de domo tacuisse. Eadem tamen  
 rem commemorasse; sed qm̄ dicit discipulus dño sugges  
 sisse dimitte illā qm̄ clamat post nos. Nihil uidetur  
 aliud significare. quam post ambulantem dñm muli  
 erem illam deprecatorias uoces misisse. Quomodo ergo  
 in domo. nisi quia intellegendum ē. <sup>dixisse</sup> quidem marcum  
 quod intrauerit ubi erat ih̄s cum eū p̄ dixisset fuisse  
 in domo. sed quia mattheus ait. Non respondit ei uerbū  
 dedit agnoscere quod ambo tacuer̄ in eo silentio egress  
 sum fuisse ih̄m de domo illa atq; ita cetera contexuntur.  
 quae iam in nullo discordant. Quod enim marcus  
 commemorat ei dñm respondisse. panem filiorum  
 non mittendo canib; illis inēpositis dictum ē. quae  
 mattheus dicta non tacuit id ē. quia discipuli rogauer̄  
 eum pro illa. & quia respondit non se esse missum.  
 nisi ad ues quae perier̄ domus irret. & quia illa uenit  
 id ē. consecuta ē. & adorauit eum dicens. Adiuuame.  
 Tunc deinde dictū ē. quod euangelistae ab eo commemorat.  
 Sequitur mattheus ita narrans. **L. ET CŪ TRAN  
 Sisset inde ih̄s uenit secus caesareae**

...

## ET ASCENDENS IN MONTE SEDEBAT IBI.

Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum  
 mutos cludos caecos debiles & alios multos. & proie-  
 cerunt eos ad pedes eius. & curauit eos ita ut turbae  
 mirarentur. Uidentes mutos loquentes cludos  
 ambulantes caecos uidentes. & magnificabant dominum israhel.  
 Ihs autem conuocatis discipulis suis dixit. Misereor turbae  
 quia tri duo iam perseuerant mecum. & non habent quod  
 manducent. Et cetera usque ad illud ubi ait. Erant  
 autem qui manducauerunt quattuor milia hominum.  
 extra paruulos & mulieres. Hoc aliud miraculum  
 de septem panibus & praeicis piscibus. Etiam marcus com-  
 memorat eodem praene & iam ordine. nisi quia interponit.  
 quod nullus alius dicit de surdo cui dominus aures aperuit.  
 spuenit indigator & dicens. effera quod est. aperire. hoc  
 sane non ab se fuerit admonere in hoc miraculo.  
 De septem panibus quod duo euangelistae mattheus marcus  
 que posuerunt. quia si aliquis eorum id dixisset contra-  
 rius ceteris putaretur. Quis enim non existimaret  
 unum idemque factum esse. Non autem integre & uera-  
 citer siue ab illo siue ab alio siue ab omnibus fuisse  
 narratum. Sed aut illum pro quinque panibus septem dum  
 falleretur commemorasse aut illos septem quinque  
 aut utrosque mentitos uel obliuione deceptor hoc  
 & duodecim cophinis & de septem spostis opinaretur  
 quasi contrarium. Hoc de quinque milibus & quattuor  
 milibus eorum qui pascerentur. Sed quod illi qui  
 quasi aliquis eorum id dixisset qui de illis quinque panibus non dixisset.

miraculum de septem panib; narrauerunt. Nec illud de  
 quinque tacuerunt. Neminem mouet utrumq; factum omnes  
 intellegunt. Hoc ideo diximus. ut sic ubi <sup>simile</sup> inuenitur  
 factū ad nō quod in aliquo alteri euangelistae ita repug  
 nare uideatur. ut omnino solui non possit. nihil  
 aliud intellegatur quā utrumq; factū ēē. & aliud ab alio  
 commemoratū sicut de centenis & quinquagenis discū  
 bentib; cōmendauimus. Quia si non & iā illud utrumq;  
 apud unū inueniremur contraria singulor dixisse repu  
 taremur. Sequitur matth & dicit.

**LI. ET DIMISSA TURBA ASCENDIT IN NAUICULAM.**

Et uenit in fines magedan. Et cetera usq; ad illud ubi ait.  
 Generatio mala & uetera signum quaerit. & signum non  
 dabitur ei. nisi signū ionae. Hoc iam & alibi dixit  
 idem mattheus. unde & iā atq; & iā rē in eodē ē. saepe  
 ut dnm eadem dixisse. ut quod existente contrario  
 solui non potuerit. bis dictū intellegatur. hunc sane  
 ordinem & iā marcus tenens post illud de septem panib;  
 miraculū. hoc idem subiicit quod matth. nisi quod  
 dal manutha quod in quibusdam codicib; legitur non  
 dixit matth. sed magedan; non autem dubitandum ē.  
 eundē locū esse sub utroq; nomine, nam pleriq;  
 codices non habent & iā secundū marcum. nisi magedan.  
 nec illud mouet quod marcus non dicit respon  
 dere quærentib; signū de caelo idem quod mat  
 theus de iona. Sed ait dnm respondisse signū non dabi  
 tur ei. Intellegendum ē. enim quale p̄cebarit. hoc ē.

de caelo. praefer misit autem dicere de iona. quod matth.  
commemorauit. Sequitur mattheus.

**LII. EST RELIENS ILLAS ABIT ET CUM  
UENISSENT DISCIPULI EIUS**

Transit fructu oblitiscunt panes accipere. qui dixit illis.  
Intuemini & caue a fermento phariseorum & saduceorum.  
Et cetera usque ad illud ubi ait. Tunc intellexerunt quia  
non dixerit. cauendum a fermento panu. sed a doctrina pharise  
orum & saduceorum. Haec eadem & iam marcus & eodem  
ordine dixerit. Sequitur mattheus.

**LIII. UENIT AUTEM IHS IN PARTES CESARIE PHILIPPI.**

Et interrogabat discipulos suos dicens. Quem medicunt  
homines esse filiu hominis. At illi dixerunt. Alii iohanne  
baptista. Alii autem helia. Alii uero hieremia aut unum ex  
proph&is. Et cetera usque ad illud ubi ait. Et quocumque  
solueritis sup terra. erit solutu & in caelis. Hoc eodem  
paene ordine marcus narrat. sed interposuit primo.  
de caeco in luminato. quod solus ipse commemorat de  
illo qui dixit dno. Uideo homines sicut arbores am  
bulantes. Lucas autem post miraculu illud de quinque panib;  
hoc recordatur atque inserit. cuius recordationis ordo  
sicut supra iam ostendimus. Nihil repugnat ordini  
istorum. Sed potest illud mouere. quod lucas dnm  
aut interrogasse discipulos suos quem illum dice  
rent homines. Tunc dixit cum esset solus  
orans. & ad essent & iam ipsi. Porro autem marcus  
in uia dicit illor. hoc ab eodem interrogator. sed eum

mouet qui putat quod numquā orauit Inuia. Jam & iā dixisse me recolo. nequis arbitretur. quod hic petrus nomen acceperit. ubi ait illi. Tu es petrus & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Non enim accepit hoc nomen nisi ubi iohannes commemorat ei dictū esse. Tu uocaberis chephas. quod interpretatur petrus. Unde nec illo loco ubi marcus duodecim discipulos nominatim commemorans. Dixit apellator iacobū & iohannē filios zoi trui. Arbitrandū est. nomen accepisse petrū. quia dixit illic quod inposuerit ei nomen ut uocaretur petrus. Hoc enim recolendo dixit. non quod tunc factū est. Sequitur matthaeus & dicit.

**LIII. Tunc precepit discipulis suis ut nemini dicerent quia ipse esset ih̄s xp̄s.**

Ex inde cepit ih̄s ostendere discipulis suis. quia oportet eum ire hierosolimam. & multū pati a senioribus & scribis. Et cetera usque ad illud ubi ait. Non sapis ea quae dei sunt. sed ea quae hominū. Haec eodem ordine subnectunt marcus & lucas. sed lucas de petro quod passionē xp̄i contradixerit tacet. Sequitur mattheus.

**LIV. Tunc ih̄s dixit discipulis suis.**

Si quis uult post me uenire abneget semetipsum & tollat crucē suā & sequatur me. Et cetera usque ad illud ubi ait. Et tunc reddet unicuique secundum opus eius. Hoc & marcus sub iungit eundem ordinē seruans. sed ipse non dicit de filio hominis uenturum cum angelis suis ut reddat unicuique secundū opus suū. Commemoratur tamen & iā illud dixisse dñm Quienī



me confusus fuerit & mea uerba in generatione ista ad uerba  
 & peccatrice & filius hominis confundatur eum cum  
 uenerit in gloria sua cum angelis sanctis. Quod intellegi  
 potest ad eundem sententiam pertinere quia dixit matth.  
 Ut reddat unicuique secundum opus suum. Lucas quoque  
 eadem eodemque ordine annectit. non multo diuerso  
 uerborum modo eadem tamen sententiarum ueritate  
 simillimus. Sequitur mattheus.

**LVI. ATTENDITE UOBIS. SUNT QUIDAM DE HIS  
 STANTIBUS QUI NON CUSTODIUNT MORTEM DONEC  
 UIDEANT FILIUM HOMINIS IN REGNO SUO.**

Et post dies sex adsumpsit ihesus petrum & iacobum &  
 iohannem fratrem eius. & duxit illos in montem excelsum  
 seorsum. & cetera usque ad illud ubi ait. Nemini dixe-  
 ritis uisionem donec filius hominis a mortuis resurgat.  
 Haec uisio domini in monte coram tribus discipulis. petro  
 iacobo & iohanne. Ubi & iam de caelo illi testimonium  
 paternae uocis prohibuitur. e. a tribus euangelistis eodem  
 ordine commemoratur & eadem omnino sententias.  
 sed cetera secundum ea genera locutionum diuersas sine  
 ulla sententiarum diuersitate quae multis locis supe-  
 rius demonstrauimus. Uideri a legentibus possunt.  
 quod autem marcus post sex dies factum dicit. sicut  
 matthaeus lucas autem post octo non contemnendissimum  
 si quos motus sed ratione reddita instruendi. Dies  
 enim quando enuntiamus dicentes post tot dies  
 aliquando non annumeramus eum in quo loquimur.

Et eum quo res ipsa futura ē. quā p̄nuntiamus uel pollice  
 mur. Sed medior post quos reuera plenior atq; Integros  
 illud futurū ē. hoc fecit marcus excepto eodie quod haec  
 loquebatur ih̄s. & illo quo exhibuit memoratā in mon  
 tem uisionem. Medior dies intuent dicit. Post sex  
 dies quod illi adnumeratis finalib; id ē. primo atq; ulti  
 mo dixerunt. post octo dies eloquendi modo quo parr  
 prototo commemoratur. Item quod lucas ait de moise  
 & helia. Et factū ē. dum discederent ab illo ait p̄tris  
 ad ih̄m. Preceptor bonū ē. nos hic eē. & cetera non de  
 b̄ & putari contrariū ei quod matth̄ marcusq; ita con  
 iunxerunt p̄trū hoc suggessisse quasi adhuc moiser  
 & helia cū dño loquerent̄ non enim expresser̄ quod  
 tunc sed tacuer̄ potius quod iste addidit illis dicentib;  
 hoc p̄trū d̄rib; tabernaculis faciendis dño suggessisse  
 addit & iā lucas intrantib; illis in nubem factā eē. uocē  
 de nube. quod illi non dixer̄. sed nec contradixerunt.  
 Sequitur mattheus. **L. VII.**

**ET INTERROGauer̄ eū discipuli dicentes.**

Quid ergo scribae dicunt quod heliam oporteat primū  
 uenire at ille respondens ait eis. helias quidē uenturus ē.  
 Et restitit & omnia. Dico autem uobis q̄ helias iam uenit  
 & cognouer̄ eum sed fecer̄ in eo quaecūq; uoluerunt. sic  
 & filius hominis passurus ē. ab eis. Tunc intellexerunt  
 discipuli quia de iohanne baptista dixisset eis hoc idē  
 marcus & iā hunc ordinē seruans cōmemorauit. Et in  
 nulla diuersitate uerborū nusquā tamen ab eius dem

sententiae ueritate discerit sed ipse non addit intellexit  
se discipulos quod iohannē dñr significat & dicendo  
quod helias iam uenerit. Sequitur mattheus & dicit.

**LXVIII. ET CŪ UENISSET AD TURBAM ACCESIT  
AD EŪ HOMOGENIB: PROUOLUIT ANTE EŪ DICENS.**

Ōñe miserere filii me quia lunaticus ē. & male patitur.  
Et cetera usq: ad illud ubi ait. Hoc autem gen̄s non eicitur  
nisi per orationē & ieiuniū hoc & marcus & lucas eodem  
& iā ordine memorant sine ulla repugnantiae questione.  
Sequitur mattheus dicens.

**LXVIII. CONUIERSANTIB; ILLIS IN GALILEA DIXIT IHS.**

Filius hominis tradendus ē. in manus hominū. & occidetur  
eum & tertio die resurgens. Et contristatus uehementer.

Hoc eodem ordine marcus lucasq: commemorant. Sequitur

mattheus. **LX. ET CŪ UENISSENT CAPHARNAŪ  
ACCESSEŪ QUIDĪ DRAGMĀ ACCIPIEBANT AD PETRŪ.  
EI DIXEŪ EI.**

Magister uester non solum dr̄ dragmā ait & iā. Et cetera  
usq: ad illud ubi ait. Inueniet statueram illū sumens  
da eis pro me & te. hoc solus iste commemorat quo in  
terposito eundem ordinē sequitur. In quo cum eo & iā  
marcus & lucas pariter ambulant. Sequitur ergo idem  
mattheus & dicit. **LXI.**

**I NILLA HORA ACCESSEŪ DISCIPULI AD IHS  
DICENTES. QUI PUTAS MAIOR ē. IN REGNO CAELORŪ.**

Et aduocans ih̄s paruulū statuit eū in medio eorū & dix̄.

Amen dico uobis nisi conuersi fueritis & efficiamini

sicut paruuli. non intrabit in regnū caelorum usq; ad illud  
 ubi ait. Sic & pater meus caelestis faciat uobis. si non  
 remiseritis unusquisq; fratri suo de cordib; uñis existo  
 aliquanto prolixiore dñi sermone non omnia. sed quaedā  
 matheus eundem sequens ordinem posuit. quaedam & iā  
 ipse quae matheus non dicit inseruit. Totus autem  
 sermo quousq; eum considerandū suscepimus ap̄ro  
 solo interpellatur. quaerente quotiens fratri debeat ignosci.

**T**alia enim dñs loquebatur ut satis luc̄ & iā hoc quod  
 p̄rus interrogauit. ei q; responsū ē. ad eundem p̄tinere  
 sermonem. Lucas autem nisi illud de paruulo quem  
 constituit ante discipulos imitandū. cum de sua magni  
 tudine cogitarent. Nihil hoc ordine; serualo cōmemorat.

**S**i qua enim alia similit̄ dixit. quae & in isto sermone  
 sunt posita alibi & ex aliis occasionib; dicta recoluit.

**S**icut iohannes de remissione peccatorū. Quod tenebun  
 tur. si cui tenuerint. & dimittentur. sicut dimiserint  
 post resurrectionem ad dño dictū commemorat. Cū autē  
 hoc sermone dñm hoc dixisse meminert. Quod & p̄ro  
 antea dictū fuisse idem ipse testatur. Eadem itaq;  
 saepe ac plurib; locis ih̄m dixisse nec ubi moueamur  
 si ordo dictorū quib; dā repugnare putabitur. Sicut  
 totiens commendauimus meminisse debemus. nec hoc  
 semp̄ admonere necesse ē. Sequit̄ matth̄ ita narrans.

**LXII. ET FACTV̄ ē. cū consummasset ih̄s  
 sermones istos. migrauit galilea et uenit  
 in fines iudaeae trans iordanē. et secutus ē**

## TURBE MULTAE ET CURAUM EOSIBI.

Et accesserunt pharisaei temptantes eum & dicentes.  
 Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque excusa.  
 Et cetera usque ad illud ubi ait. qui potest capere capiat. hoc  
 & marcus commemorat eundem ordinem tenens sane  
 uidentium est. ne repugnare uideatur. quod idem marcus  
 ad domino dicit Interrogatos phariseos quid eis moyses pre-  
 ceperit atque ita illos interroganti respondisse de premissis  
 sibi libello repudii. Cum mattheus dixerit uerbis  
 domini quibus ostendat ex lege dominum coniunxisse masculum  
 & feminam. & propterea non eos debere ab homine sepa-  
 rari. & tulit se responsionem. Quid ergo moyses  
 mandauit dari libellum repudii & dimittere. quibus  
 iterum ait. Quoniam moyses ad duritiam cordis uestri per-  
 misit uobis dimittere uxores uas. Ab initio autem non  
 sic fuit. Nam & marcus hanc domini responsionem non  
 tacet. sed postea quam ei responderunt interroganti de  
 libello repudii in quo ordine uel modo uerborum hoc  
 intellegere debemus. ad rei ueritatem nihil interesse  
 utrum domino separationem prohibenti. & sententiam suam  
 de lege firmanti. ipsi intulerint quaestionem de libello  
 repudii per eundem moysen sibi premissis. per quem  
 & illud scriptum est. quod dominus coniunxit masculum  
 & feminam. An hoc idem illi de precepto moysi eos in-  
 terrogant. Responderint. Nam & uoluntas eius ita  
 se habebat ut non eis redderet rationem. Cur  
 illud moyses premissis. nisi prius ipsi hoc come-

moras sent quae uoluntas eius ea quem marcus posuit  
 Interrogatione significata ē. & illorū uoluntas ipsa  
 erat ut de auctoritate moysi qm̄ mandauit dari  
 libellū repudii tamquā concluderent eum separationē  
 sine dubio uetaturū. Hoc enim dicturi & iā temp  
 tantes accesserant. Quae uoluntas eorum sic ex p̄ssa  
 ē. per mattheū. ut non eos esse commemorare & Interro  
 gator. sed ultro intulisse demandato moysi quo uelut  
 conuincerent dñm separationē coniugū prohibentē.

**C**um ergo uoluntas loquentiū cui debent uerba seruire  
 ab euangelista utroq; monstrata sit. nihil inter ē. quam  
 diuersus Inter ambo fuerit narrandi modus. dum  
 ab eadem ueritate neut̄ abscederet. Potest & iā hoc  
 intellegi quod sicut dicit marcus prius eos de uxore  
 dimittenda Interrogantes dñs uicis<sup>sim</sup> Interrogaret. quid  
 eis preceperit moyses. Qui cum respondissent moysen  
 p̄misisse libellū repudii scribere & dimittere. respon  
 dit eis de ipsa lege per moysen data. Quomodo dñs  
 instituerit coniugiū masculū & feminae dicens ea quae  
 ponit mattheus. id ē. non legistis quia qui fecit  
 ab initio masculū & feminā fecit eos. & cetera. quib;  
 auditis illi id quod ei primo Interroganti responderant.

**R**ep̄tuer̄ dicentes. Quid ergo moyses mandauit dari  
 libellū repudii & dimittere. Tunc ihm̄ causā osten  
 disse duritiae cordis ipsorum. quā marcus breuiter  
 causā prius ponit tamquā illi priori. quam matth  
 Inter misit eorū responsioni redditā. Nihil de perire

iudicant ueritate. quocūq; loco eisdem ipsis uerbis quae  
bis dixerant redderetur. qm̄ ipsis uerbis eam reddiderat  
dn̄s. Sequitur mattheus.

**LXIII. TUNC OBLATISUNT EI PARUULI UT MANUS  
EIS IMPONERET ET ORARET DISCIPULI AUTĒ  
INCREPABANT EOS. ET CETERA USQ; AD ILLUD  
UBIAT. MULTI ENIM S̄UOCATI PAUCI AUTĒ ELECTI.**

**H**unc cum mattheus <sup>marcus</sup> ordinem tenuit. sed de conductor  
operarius ad uinea solus matthi interponit. Lucas  
autem commemorasse & illud quod eis dixit. que  
rentib; inter se quis nā maior esset. adiunxit de illo  
quem uiderunt eicientē daemona. cum eum non  
obsequeretur. Inde iam digreditur ab istis duob; ubi  
ait eum firmasse faciem suam. ut iret in hierusalē.  
Ac post multa interposita. occurrit eis rursus ad com  
memorandū istum diuitē. cui dicitur uende omnia  
quae habes quae nunc isti commemorant ex ordine  
quo pariter eunt. Nam ibi & iā lucas de istis paruulis  
antequā diuitis faciat mentionē. quem ad modum  
& isti non p̄mittat. De illo ergo diuite qui querit  
quid boni faciat ut uitā aeternā consequatur.

**P**otest uideri distare aliquid quod secundū mattheū  
dicitur. quid me interrogas de bono. Secundum illor  
autem quid me dicis bonū. Nam quid me interro  
gas de bono. ad illud magis referri potest quod ait  
ille quaerens quid boni faciā. Ibi enim & bonū  
nominauit. Et interrogatio ē. Magister autē bone.

non dum ē. Interrogatio. Commodissime ergo intellegitur. utruq; dictum. Quid medicis bonum. & interrogas me de bono. Sequitur mattheus & dicit.

**LIII. ET ASCENDENS IHS HIEROSOLYMAM ADSUPSIT  
XII DISCIPULOS SECRETO ET AIT ILLIS.**

Ecce ascendimus hierosolimam. & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & condemnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad deludendum & flagellandum & crucifigendum. & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum zebedee cum filiis suis ad ornare & parare aliquid ab eo. Et cetera usque ad illud ubi ait. Filius hominis non uenit ministrare <sup>sed ministrare</sup> & dare animam suam redemptionem pro multis. Hunc cum illo ordinem & iam marcus tenet & filiorum zebedee. perhibens dixisse. quod ab eis non per ipsos sed per matrem dictum esse mattheus expressit cum illa eorum uoluntatem adtulisset ad dominum. Unde magis ipsos quam illam dixisse quod dictum est marcus breuiter intimauit. Denique & dominus & secundum mattheum & secundum marcum ipsis potius quam matri respondit. Lucas autem postea quam ex eodem ordine commemorauit quae de passionem & resurrectionem suam duodecim discipulis praedixerit. praetermittit ea quae isti commemorant. Post quae interposita occurrunt ei ad hiericho. Quod autem dixerunt mattheus & marcus. De principibus gentium qui dominantur subiectis non ita futurum inter illos sed eum qui <sup>1</sup>erit maior. & iam seruum aliorum futurum dicit. Tale aliquid & lucas sed non eo loco.



Et ordo ipse indicat iterum esse eandem sententiam ad domino dictam. Sequitur mattheus.

**LXV. ET ECREDIENTIB; EIS AB HIERICO.**

Secuta est eum turba multa. Ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt quia ihesus transiret & clamauerunt dicentes domine miserere nostri fili dauid. Et cetera usque ad illud ubi ait. Et confestim uiderunt & secuti sunt eum. Hoc & marcus commemorat.

Sed de uno caeco factum quae ita soluitur quae estio ut illa soluta est de duobus qui legionem daemonum patiebantur in regione gerassenorum. Nam duorum & iam caecorum quos modo interposuit unum fuisse notissimum & in illa ciuitate famosissimum. Ex hoc & iam satis apparet quod & nomen eius & patris eius marcus commemorauit. Quod in toto superius sanatis ad domino non facile occurrit. nisi cum iairum archisynagogum & iam nomine expressit cuius filiam resuscitauit ihesus. In quo & iam magis iste sensus apparet. quia & ille archisynagogus utique in loco illo nobilis fuit procul dubio itaque bastimeus iste timaei filius. ex aliqua magna felicitate deiectus notissime & famosissime miseriae fuit. quod non solum caecus. uerum & iam mendicus sedebat. Hinc est ergo quod ipsum solum uoluit commemorare marcus cuius inluminatio tam claram famam huic miraculo comparauit. quam erat illius nota calamitas. Lucas uero quamuis omnino eodem modo factum. tamen in alio caeco intellegendus est.

29  
par commemorare miraculū. Et eisdem miraculi  
pari modo, ille quippe hoc factum dicit. Cum ad  
propinquarēt hiericho. at isti cum egredierentur abhie  
richo. sed nomen ciuitatis & facti similitudo putari  
suadēt. semel esse factum sed euangelistas in hoc sibi  
aduersari quod alius dicat. cum ad propinquarēt  
hiericho. alii cum egredierentur hiericho. Non sane  
hoc persuadēt nisi eis qui procliuus credi uolunt  
mentiri euangeliū. quā duo similia similitēq; miracula  
fecisse ih̄m. Quid autem sit credibilius & quid  
potius uerū. & om̄s fidelis filius euangelii facilli  
me uidēt. & om̄s contentiosus saltim cum admo  
nitus fuerit uel tacendo uel & iā si tacere noluerit  
cogitando sibi ipse respondēt. Sequitur matth̄ & dicit.

**LXXVI. ET CŪ AD PROPINQUASSET HIERO  
SOLYMIS ET UENISSET IN BETH PACE  
AD MONTEŌ OLIUEI. TŪNC IH̄S MISIT  
DUOS DISCIPULOS DICENS EIS ITO IN  
CISTELLŪ QUOD CONTRA QUOS. Ē. ET STA  
TIAM IN CISTELLIS ASINŪ AD LIQUŪ ET PUL  
LŪ QŪERAT. ET CETERA USQ; AD EŪ LOCŪ UBI AIT.**

Benedictus qui uenit in nomine dñi. osanna in  
altissimis. Hoc & iā marcus narrat. eodem ordine  
custodito. Lucas autē in hiericho immoratur quae  
dam commemorans quae isti p̄ter miser. dezacheo  
principe publicanorū. & quaedam in parabolis dic  
ta. post haec & ipse occurrit eis ad huius pulli

commemorationē in quo sedit ih̄s. Nec moueat quod  
mattheus & asinā dicit & pullū. Ceteri autem de asina  
tacent. Immo & iā recordanda ē. illa regula. quam de  
quinquagenis & centenis discubentibus; cum quinque  
panibus; turbæ pascerentur supra insinuauimus. quia  
insinuata non debet hoc iam promouere lectorem. Nec  
si mattheus ita de pullo tacuerit. quem admodū illi  
de asina tacuerit. cum maxime contrariū putaretur.  
quod unus asinā dixit. alii pullū asinae. Quanto mi  
nus moueri oportet quia unus ita commemorauit.  
asinā de qua ceteri tacuerit. ut tamē pullū non taceret. de  
quo illi dixerit. Ubi ergo utrūque factum potest intellegi.  
nulla repugnantia. ē. Nec si alius aliud & aliud alius  
commemoraret. quanto minus ut alius unū & alius utrūque.  
**I**ohannes quoque cum taceat quem admodū dñs discipu  
los suos ad haec animalia sibi adducenda miserit. In  
ponit tamen breuiter hoc de pullo cum testimonio & iā  
prophetae quod mattheus adhibet. In quo & iā testimo  
nio prophético aliquantū diuersa euangelistarū locutio.  
Ab ea quidem sententia non recedat. Sed potest mo  
uere quod hoc mattheus sic adhibet ut asinā dicat  
commemorasse propheta. non autem ita se habet uel  
quod iohannes interponit uel codices ecclesiastici  
interpretationis usitatę. Cuius rei causa illa mihi ui  
detur quod mattheus hebraea lingua perhibetur  
euangeliū conscripsisse. Manifestum ē. autem in  
terpretationē illā quae dicitur septuaginta in non

*Ex 7:5 j 3:3  
igitur uolunt linguarum necessaria*

*S: S: predicator in euangelio*

nullis se aliter habere. quam inueniunt in hebreo. Qui  
eā linguā nouerunt & qui interpretati sunt singuli eosdem  
libros hebreos huius item distantiae causa. si quaeratur.  
cur tanta auctoritate interpretationis septuaginta multis  
in locis distet ab ea ueritate quae in hebreis codicibus in  
uenitur. nihil occurrere probabilius existimo. quam  
illos septuaginta eo spū interpretatos. quo & illa quae in  
interpretantur dicta fuerant. quod ex ipsa eorū mirabilia  
quae praedicantur consensione firmatū ē. Ergo & ipsi  
nonnulla in eloquio uariando. & ab eadē uolunta  
te dī cuius illa dicta erant. & cui uerba seruire de  
beant non recedendo. nihil aliud demonstrare uolu  
erunt. quā hoc ipsū quod nunc in euangelistarum  
quatuor concordia quadā diuersitate miramur. quia  
nobis ostenditur non eē mendaciū. si quis quā ita  
diuerso modo aliquid narret. ut ab eius uoluntate  
cui consonandū & consentiendum ē. non recedat.

Quod nosse & moribus utile ē. propter cauenda. & iudi  
canda mendacia & ipsi fidei ne putemur quasi conse  
cratis sonis ita muniri ueritatē tamquā dī nobis  
quem admodū ipsā rem sic uerba quae propter illā sunt  
dicenda commendat. cum potius ita res quae dicenda ē.  
sermonibus pro quos dicenda ē. preferatur. ut istos om  
nino quaerere non deberemus. si eā sine his nosse  
possemus. sicut illā nouit dī & in ipso angeli eius.

Sequitur matth & dicit. **LXVII.**

**ET CŪ INTRASSET HIEROSOLYMAM CŌMOTVS ē.**

UNIUIERSA CIUITAS DICENS QUIS EST HIC POPULI  
AUTEM DICEBANT.

Hic est ih̄s propheta anazar̄th galileae. & intrauit ih̄s  
intēplū dī. & eiciebat omnes uendentes & ementes  
intempla. Et cetera usq; ad eū locū ubi ait. Uos  
autem fecistis illā speluncā latronū. hoc dicitur  
uendentiū. eiectione templo omnes commemorant.  
sed iohannes longo diuerso ordine. nam post testi  
moniū baptistae iohannis de ih̄u cum eū commemo  
rasset in galileā. quando aquā conuertit in uinū.  
Inde post cōmemorationē paucorū incapharnaum  
dierū dicit eū ascendisse in hierosolymā cum esset  
pascha iudeorū. Et facto flagello de resticulis.  
expulsis se de templo uendentes. Unde manifestū ē.  
non semel sed iterū hoc esse ad dñō factū. sed illud  
primū commemoratū a iohanne hoc ultimū ac ceteris  
trib; . Sequitur mattheus. **LXVIII.**

ET ACCESSERŪ AD EŪ CAECI ET CLAUDI INTĒPLO  
ET SANAUIT EOS.

Uidentes autem principes sacerdotū & scribae mira  
bilia quae fecit. & pueros clamantes intēplo &  
dicentes. Osanna filio dauid. indignati & dixer  
ei. Audistis quid isti dicant? Ih̄s autem dicit eis.  
utiq; nūquā legistis quia ex ore infantū & lactan  
tiū p̄ fecisti laudē. Et relicta illis abiit foras ex  
tra ciuitatem in bethaniam ibiq; mansit. mane  
autē reuertens in ciuitatē esurit. Et uidens fici

91  
arborem unā secus uiam. Uenit ad eam & nihil inuenit  
inea nisi folia tantū. & ait illi. Numquā ex te fructus  
nascatur In sempiternū. & are facta ē. continuo fi-  
culnea. & uidenter discipuli mirati sunt dicentes  
quomodo continuo aruit. Respondens autem ih̄s  
ait eis. Amen dico uobis. si habueritis fidem & non  
haesitaueritis. non solū deficulnea faci&is. sed & si  
monti huic dixeritis. tolle te & iactate in mare. fi&.

Et omnia quae cūq; p&ieritis in oratione credentes  
accipi&is. Hoc & marcus consequenter dicit. sed  
non eundē ordinē ten&. Primo enim quod eum  
In templū mattheus dixit intrasse. & eiecisse uen-  
dentes & ementes non commemorat marcus. sed circū  
spectis omnib; cum iam uespera ess& exisse se dicit  
In b&haniā cum duodecī. Et alia die cum exirent  
ab&hania. esurisse & arbori figi dixisse. quod &  
mattheus commemorat. & subiungit idem marcus  
quod uenerit hierosolimā. & cū introiss& In tēplum  
eiecit uendentes & ementes. Quasi altero die non primo  
factum esse. Sed quia matth̄ ita conecit. & relic-  
tis illis abiit foras extra ciuitatem In b&haniā.

Unde mane reuertentē In ciuitatē arbori maledixisse  
com memorat probabilius creditur ipse potius tenu-  
isse ordinem temporis. de uendentib; & ementib; eiec-  
tis d& templo. Cum enim dicit & relictis illis abiit  
foras. quib; relictis intellegi poterat nisi cū quib;  
superius loquebat̄ indignantib; quod pueri clamarent.

Iosanna filio dauid. Pretermisit ergo marcus quod  
 primo die factum ē. cum intrauit in templum. & recor-  
 datum interposuit. cum dixisset quod non inuenere  
 aliquid in ficulnea p̄ter folia. quod secundo die factū ē.  
 sicut ambo testantur. Mirator autem esse discipulos  
 quod arbor aruerit. Et eis dñm respondisse deside-  
 & de monte <sup>in mare</sup> transferendo. Non ipso secundo die quo  
 dixit arbori. Jam non amplius in a&ernū quisquā  
 ex te fructū manduc&. sed tertio dicit ipso quippe die.  
 secundo commemorauit idem marcus d& templo eiec-  
 tos uendentes. quod primo die factū p̄t miserat. Ipso  
 ergo secundo die dicit facta uespere egressū de ciuitate.  
**E**t cum mane transirent uidisse discipulos ficū aridū  
 factū a radicib; & recordatū p&rū dixisse ei. Rabbi.  
 ecce ficus cui maledixisti aruit tunc eū de potentia  
 fidei respondisse. Mattheus autē tamquā secundo  
 die hoc totū factū sit. idē & dictum arbori in sēpitē-  
 nū. & a refactam esse continuo. Et uidentib; hoc  
 discipulis. atq; mirantib; illud de uirtute fidei fuis-  
 se responsū. Unde intellegitur marcū quidem secun-  
 do die commemorasse quod primo die factū p̄ter-  
 miserat d& templo scilic& eictos uendentes & ementes.  
**M**attheus uero cum commemorasset quod altero die  
 factū ē. de arbore maledicta. quando mane reuer-  
 batur ab & hania in ciuitate p̄ixer misit eam quae  
 marcus commemorauit uenisse illā in ciuitatē. &  
 uespere exisse & mane cum transirent. discipulos

Arborem aridā fuis se mirator. & ei quo secundodie  
 gestū erat quo arbor maledicta ē. Adiunxit illud  
 quod tertio die gestum ē. eius ariditatē mirator esse  
 discipulos & de potentia fidei ad nō audisse sic ea con  
 iungent ut nisi ex marci narratione cogamur Intende  
 re ubi & quid mattheus p̄termiserit non possit agnosci.

Cum ergo dixisset & matth & relictis illis abiit foras  
 ex traciuitatē in bethaniam ibi q; mansit. mane autem  
 reuertens in ciuitatē esurit & uidens ficum arborem unā  
 secus uiam. uenit ad eā & nihil inuenit nisi folia tantum.  
 & ait illi. Numquā abste fructus nascatur in sēpitnum.

Et arefacta ē. continuo ficulnea. P̄termissis ceteris  
 ad eundē diē p̄tinentib; adiunxit statim. Et uiden  
 ter discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo  
 aruit quod alio die uiderunt. alio die mirati sunt.

Intellegitur autem non tunc aruisse quando uiderē.  
 sed continuo quod maledicta ē. Neq; enim arescen  
 tem. sed penitus arefactā uiderē. ac sic eadē continuo  
 in uerbo dñi aruisse intellexerē. Sequitur matth & dicit.

**LXVIII. ET CŪ UENISSET INTĒPLŪ ACCES  
 SERŪ AD EŪ DOCENTĒ PRINCIPES SACERDOTŪ  
 ET SENIORES POPULI DICENTES INQUA POTES  
 TATE HÆC FACIS ET QUI TIBI DEDIT HANC  
 POTES TATE. Respondens ih̄s dixit illis int̄  
 rogabo uos & ego unū sermonē quem dixeritis mihi  
 & ego uobis dicā. In qua potestate hæc faciā. bap̄tismū a  
 iohannis unde erat. Et cetera usq; ad illud ubi ait.**



Nec ego dico uobis in qua potestate haec facio. Hoc totū  
& alii duo marcus & lucas totidem paene uerbis ex-  
plicauerūt. nec in ordine inter se uidentur aliquid  
discrepare. nisi unde superius locutus sum. quod  
p̄termisissis quibusdam mattheus ad alterum diem  
pertinentib; . ita contexit narrationem. ut nisi ad-  
uertatur possit putari ipsum secundo die adhuc  
uersari. Marcum autem in testio. Lucas uero non  
quasi ex ordine dies p̄sequens hoc subiunxit. sed cū  
commemorass& eiector d& templo euentes & uidentes  
p̄termisit quod exibat in b& haniā & egrediebatur  
in ciuitatē & quod deficulnea factū ē. & quod  
mirantib; discipulis defidei uisute responsū ē.  
atq; his p̄termisissis intulit dicens. Et erat docens  
cotidie in templo. principes autem sacerdotū & scri-  
bae & principes plebis querebant illū p̄dere &  
non inueniebant quid facerent illi. Omnis enī  
populus suspensus erat audiens illū. Et factum  
ē. in una dierū docente illo populū in templo & euan-  
gelizante conuenerūt principes sacerdotū & scribae  
cum seniorib;. Et aiunt dicentes ad illum. Dic  
nobis in qua potestate haec facis & cetera quae & iā  
duo illi commemorant. Unde appar& nihil eis & iā  
ipro ordine repugnare quando hic quod dicit  
factū in una dierū. ea dies intellegitur in qua id  
gestū illi & iā r&ulerūt. Sequitur mattheus.

**LXX. Quid autē uobis uidetur homo habebat**

73  
**DUOS FILIOS ET ACCEDENS AD PRIORVM DIXIT ILLI.**

Uade hodie operare in uinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. postea autem paenitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum. dixit similiter. At ille respondens ait. Eo dñe & non iit. Et cetera usq; ad illud ubi ait.

Et qui ceciderit sup lapidē istum confringetur. Super quem uero ceciderit conteretur. Marcus & lucas non commemorant de duob; istis filiis quib; imperatū ē. ut irent atq; operarentur in uinea. Sed quod p̄ hoc narrat matth̄ de uinea quae locū ē. agricolis. qui p̄ secuti s̄ seruos missos ad se & postea dilectū filiū occiderunt.

Et eiecer̄ extra uineā. & iā illi ambo non tacent eodē ordine custodito id ē. postea quam de baptismo iohannis interrogati iudaei se nescire dixerunt. Et respondit eis. Nec ego dico uobis in qua potestate haec facio. Nullius ergo hic repugnantiae questio nascitur.

Nisi quod mattheus cum dixisset & quod dñs interrogauerit iudaeos cum uenerit dñs in uinea. quid faceret & agricolis illis illor̄ respondisse subiungit atq; dixisse. Malos male p̄d&. & uineā locabit <sup>aliis</sup> agricolis. qui reddant ei fructū temporib; suis. Quod marcus non ab ipsis responsū eē. commemorat. sed dñm hoc consequenter locutū. Post interrogationē suam ipsū sibi quodāmodo respondisse. Ita enim dicit.

Quid ergo faciet dñs in uinea. Ueni & p̄d& colonos & dabit uineā aliis. sed facile potest intellegi uel illoꝝ uocem ita subiunctā. ut non interponeretur illi dixer̄

aut illi responderunt. sed tam̄ intellegeretur. aut ideo  
 responſionem iſtam dño potius adtributa quia cum  
 uerū dixerunt & iā de illis hoc ipſe reſpondit qui  
 ueritar. ē. ſed illud magis mouet quod lucas non ſolū  
 eos hoc reſponſiſſe non dicit. Haec & iā uerba ipſi  
 quoq; ſicut marcus dño adtribuent. uerū & iā contraria  
 reſulſiſſe reſponſionem dicentes abſit. Ita enim narrat.  
**Q**uid ergo illis faciet dñs uineae. Veniet & p̄det colonos  
 iſtos. & dabit uineā aliis. quo audito. dixerunt illi. abſit.  
**I**lle autē aſpiciens eos ait. Quid ē ergo hoc quod ſcriptū ē.  
 Lapidem quē reprobauerunt aedificantes hic factus ē. In caput  
 anguli. Quomodo ergo ſecundū mattheū illi quibus  
 haec loquebatur dixerunt malor male p̄det. & uineā loca  
 bit aliis qui reddant ei fructū temporib; ſuis. Cum ſe  
 cundū lucā talib; uerbis contradixerint dicentes abſit.  
 & reuera quod ſecutus dñs ait de lapide reprobo abae  
 dificantibus & facto in capite anguli. Ita in latum ē. ut  
 hoc teſtimonio conuincerentur illi parabole contradicen  
 ter. Nā & ipſe matth hoc ſic cōmemorat dictum tanquā  
 contradicentib; cum ait. Numquā legiſtis in ſcriptu  
 ris lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic fac  
 tus ē. In caput anguli. Quid ē enim numquā legiſtis  
 niſi quia hoc reſponderant quod eſt & contrariū. Hoc  
 & marcus ſignificat qui haec ipſa uerba ita reſeſt. nec  
 ſcripturā hanc legiſtis lapidem quē reprobauerunt aedi  
 ficantes hic factus ē. In caput anguli. Quae ſententia  
 ſecundū lucā magis apparet loco ſuo dicta poſt illorū

contradictionem quae dixerunt absit. tantumdem enim  
 ual& sicut hoc & i& ipse ponit. quid est ergo <sup>huc</sup> quod scrip-  
 tum est. lapidem quem reprobaueſt hic factus est. In caput  
 anguli. hanc enim sententiae uoluntateſt intimat. Siue  
 nūquā legistis. Siue ne hoc legistis siue quidē ergo hoc  
 quod scriptū est. Restat ut intellegamus in plebe quae  
 audiebat quosdam respondisse. quod matth commē-  
 morat dicens. uenit illi. malor male p d&. & uineā  
 suam locabit aliis agricolis. quosdam uero illud quod  
 lucas non tacuit hoc est. absit. Hi ergo qui illud dño  
 responderunt illi alii responderē absit. sed illorū respon-  
 sio quib; istis & uleſt absit. propterea dño tributa est.  
 & amaro & aluca quia sicut dixi p eor ueritas ipsa locuta est.  
**S** iue p nescientes si mali erant. sicut p caiphan. qui nesciens  
 quid dixerit cum err& pontifex proph&auit. Siue per-  
 scienter ac i& intellegenter atq; credenter ibi enimerat  
 & i& illa multitudo p quā iam erat impl&a illa proph&ia.  
 Cum uenient in magna celebritate occurrenter ad clamare.  
**B** enedictus qui uenit in nomine dñi, nec moueat quod  
 idem mattheus principer sacerdotū & seniores populi  
 dix& accessisse ad dñm. Et quae si uisſe in qua potestate  
 haec facer&. & quis ei dederit hanc potestatem. quando  
 eor debaptismo iohannis uicissim interrogauit unde  
 err&. de caelo an ex hominib;. Quib; respondentib; quod  
 nescirent ait. nec ego uobis dico in qua potestate haec fa-  
 cio. Inde enim secutus est. contextim loquendo & ait.  
**Q**uid ergo uobis uid&ur homo habebat duos filios

& cetera sine ulla cuius quā rei uel personae interpositi  
one secundum mattheū sermo contexitur. usq; ad hoc  
quod de locata agricolis uinea commemoratur. Potest  
enī <sup>vari omā</sup> p̄ eum principib; sacerdotū & seniorib; populi  
locutū fuisse a quib; fuerat desua potestate Interro  
gatus. quid utiq; <sup>si</sup> temptantes. & inimici quæsierant  
non in eis possunt Intellegi qui crediderant atq; illud  
clarū ex proph&a testimoniū dño phibuerant. qui  
& iā modo respondere potuissent. non nescientes sed  
credentes. malor male p̄ d& & uinea locabit aliis agri  
colis. hoc omnino mouere non deb&. ut ideo putem  
non fuisse credentes in illa multitudine. Quæ tunc  
dñi parabolas audiebat. Tacuit namq; idem matth  
breuitatis causa. quod lucas non tac&. parabolā istā  
scilic&. non adeo solor dictā. quide potestate Intro  
gauerant. sed ad plebem sic enim ait. Coepit autē  
dicere ad plebē parabolā hanc. homo plantauit uine  
am & cetera. In hac ergo plebe Intellegendū ē. & iā illor  
es se potuisse qui sic eum audirent quomodo cui dixerant.  
**B**enedictus qui uenit in nomine dñi. & ipsos uel ex ipsis  
fuisse. qui responderunt. Malor male p̄ d& & uinea  
suā locabit aliis agricolis. quorū responsionē non  
solū p̄pterea dño tribuet. Marcus & lucas quod hoc  
ipsedixiss& quia ueritas ē. Quæ & iā p̄ malor atq;  
nescientes saepe loquitur occulto quodā Instinctu men  
tem hominis mouens non sanctitatis illius merito sed  
iure proprie potestatis. Uerū & iā qui a talis esse potuerit

ut non frustra in ipso corpore dñi iam sicut membra  
 deputarentur ut merito eorū uox illi tribueretur. cuius  
 membra erant. qui iam baptizauerat plū<sup>res</sup> quā iohannes.  
 Et habebat turbas discipulorū. sicut ipse euangelistae  
 saepe testatur. Et unde erant & iā illi quingenti  
 fratres quib; eum apostolus paulus post resurrectionē  
 presentatū esse commemorat. p̄ festim quia & secundū  
 eundem matth. non ita dictū ē. aiunt illi. malos  
 male p̄ d& ut in eo quod positū ē. illi pluralis numerus  
 accipiendus sit. Tamquā eorum fuerit ista responsio.  
 qui eū de sua potestate dolose interrogauerunt. sed aiunt  
 illi dictū ē. idē. illi ipsi dño singulari pronomine non  
 plurali quod in codicib; grecis sine ullo scrupulo ambi  
 guitatis appar&. Est quidem sermo dñi apud euange  
 listā iohannē. ubi hoc quod dico facilius possit intellegi.  
 Dicebat ergo inquit ih̄s ad eos qui crediderunt ei iudeos.  
 Si uos manseritis in sermone meo. uere discipuli mei  
 eritis. & cognoscetis ueritatē. & ueritas liberabit eos.  
 Et responderunt ei. Semen abrahæ sumus. & nemini  
 serui uimus umquā. **L** quomodo tu dicis liberi eri  
 tis. Respondit eis ih̄s. Amen dico uobis quia omnes  
 qui faciunt peccatū. serui sūt. peccati. Seruus autem  
 non man& in domo in a&ernū. filius autem man& in  
 a&ernū. Si ergo filius uos liberauerit. uere liberi  
 eritis. Scio quia filii abrahæ estis. sed quaeritis me  
 in̄ficere. quia sermo meus non capit uobis. Non utiq;  
 illis dicer& quaeritis me interficere. Qui meū iam

*sermo istū digna  
 contra lingua*

crediderant. quib; dixerat si uos manseritis in sermo  
 ne meo uere discipuli mei eritis. sed quia hoc ad eos  
 dixerat. qui iam in eū crediderant. Et uero multitu  
 do p̄sens erat. quae plures habebat inimicos. Etiam  
 non exprimente euangelista qui essent qui respon  
 derunt. ex hoc ipso quod responder̄. Et quod dein  
 de ab illo audire meruer̄. Satis appar̄t quae uerba  
 quib; s̄n̄ tribuenda p̄sonis. sicut ergo in hac multi  
 tudine secundū iohannē erant qui iā crediderant in  
 ih̄m. erant & iā qui eū occidere quaerebant. sic in illa  
 de qua nunc loquimur. erant qui dolose dñm in t̄  
 rogauerant. quia potestate illa facer̄. erant & iā qui  
 non dolose sed fidelit̄ ad clamauerant. benedictus  
 qui uenit in nomine dñi. Ac p̄ hoc. erant qui dicerent  
 per d̄ illor. & uinea suā dabit aliis. quae uox recte & iā  
 ipsius fuisse dñi. intellegitur. Siue propt̄ ueritatē.  
 siue propt̄ membroꝝ eius cū suo capite unitatē. Erant  
 & iā qui talia respondentib; dicerent. absit. quia  
 intellegebant in se ipsos esse parabolā dictā. Seq̄r math̄  
**LXXI. ET CŪ AUDISSENT <sup>110</sup> PRINCIPES SACER**  
**DOTŪ ET PHARISEI PARABOLĀ EIUS.**  
**COGNOUERŪ QUOD <sup>DE</sup> IPSIS DICERET. ET QUE**  
**RENTES EŪ TENERE. TIDUERŪ TURBAS. QM̄**  
**SICUT PROPHETĀ EŪ HABEBANT.**

Et respondens ih̄s dixit iterū in parabolis eis dicens.  
 Simile factū ē. regnū caelorum. homini regi qui fecit  
 nuptias filio suo. & misit seruos suos uocare inuitatos

adnuptias. & nolebant uenire. Et cetera usque ad illud ubi ait.  
 Multi enim sunt uocati pauci uero electi. Parabolam istam  
 de uocantibus adnuptias. solum matthi narrat. Simile  
 quiddam & iam lucas commemorat. sed non e hoc sicut &  
 ordo ipse indicat quauis & illud nonnullam similitudinem  
 gerat. quod uero post illam parabolam de uinea & occiso  
 filio patris familias. Subnectit matthi cognouisse.  
 iudeos quod in eo statum dictum fuerit. & insidias coepit  
 se moliri. hoc & iam marcus lucasque testantur eundem  
 ordinem retinentes. sed inde ipsi pergunt in aliud ex hoc  
 subiungentes quod & matthi post istam quam solum in se posuit  
 de nuptiis parabolam ex ordine inseruit. Sequitur ergo matthi.

**LXXII. TUNC ADUENTES PHARISEI CONSILIUM  
 INIERUNT UT CAPERENT EUM IN SERMONE. ET ADIT  
 TUM AD DISCIPULOS SUOS ET BENEDICTIONIS DICENTES.**

Magister scimus quia uerax es & uiam dei in ueritate doces.  
 & non tibi cura de aliquo non enim respicis personam  
 hominum. Dic ergo nobis quid tibi uidetur. Licet censum  
 dare caesari an non. Et cetera usque ad illud ubi ait.  
 Et laudantes turbae mirabantur in doctrina eius. Haec  
 duo domini responsa unum de nummo propter tributum reddendum  
 caesari. alterum de resurrectione propter illam mulierem  
 quae septem sibi in & succendentibus fratribus nupsit.  
 Marcus & lucas similiter narrant nec in ordine aliquid  
 discrepant. post parabolam quippe illam de conduc  
 toribus uinea & de iudeis in quo dicta est. insidias praeparantibus  
 quae omnes tres commemorauerunt praeparantibus mittunt



hi duo marcus & lucas parabola de nuptiis adnupti-  
as. quam solus mattheus interposuit. Et cum illo  
iam secuntur narrantes haec duo de tributo caesaris.  
& de muliere septem singillatim uiro ru eodem p suo  
ordine sine aliqua repugnantia e quaestione. Sequit  
ergo mattheus & dicit. **LXXIII.**

**PHARISEI AUT AUDIENTES. QUOD SILENTIUM  
IN POSUISSET S ADUEAEIS CONUENIUNT IN VNVM  
ET IN INTERROGANTIBUS VTRVQUE EIS LEGIS DOCTOR  
TEMPERANS ER.**

**M**agister quod e. mandatu magnu in lege. ait illi ihu.  
Diliger dnm dnm tuu in toto corde tuo & in tota ani-  
ma tua & in tota mente tua. hoc e. maximu & primu  
mandatu. Secundu autem. simile e. huic. Diliger  
proximu tuum sicut te ipsu. In his duob; manda-  
tis. uniuersa lex pendet & prophete. Hoc & marcus  
commemorat eundem ordinem seruans. Nec moue-  
at quod matth dicit temptante fuis se illum a quo  
dñs interrogatus e. Lucas autem hoc tacet & in  
fine ita concludit. quod ei dñs sapienter respon-  
denti dixerit non longe es a regno di. Fieri eni  
potest ut quauis tamen temptans accesserit. dñi  
tamen responsione correctus sit. aut certe ipsam  
temptationem non accipiamus mala tanqua  
decipere uolentis inimicu. sed cautu potius tanqua  
experiiri amplius uolentis ignotu. Neq; enim  
frustra scriptu e. qui facile credit leuis corde mi-  
norabit.

97  
Lucas autem non hoc ordine sed longe alibi tale aliquid  
interponit. Utrum autem hoc recordetur an alius  
ille sit. Cum quo similiter de duobus istis preceptis dominus  
egerit. prorsus incertum est. Hinc autem & iam recte  
uidetur alius esse non solum propter ordinis multam dif-  
ferentiam sed quia & iam ipse dicitur respondisse domino  
interroganti. Et in sua responsione commemorat se  
duo ista precepta cum ei dixisset dominus. hoc fac & uiues.  
Ut illud facere quod magnum esse in lege ipse responderat  
secutus euangelista ait. Ille autem uolens se iustifica-  
re dixit. Et quis est mihi proximus? Tunc dominus narra-  
uit de illo qui descendebat ab hierusalem in hiericho &  
incidit in latrones unde quia & temptans predicatur est.  
& duo precepta ipse respondit. & post ammonitionem  
domini dicentis hoc fac & uiues non bonus com-  
mendatur cum dicitur de eo. Ille autem uolens se iusti-  
ficare. Iste autem quem pari ordine mattheus marcus  
que commemoravit. tam bene commendatur est. ut ei  
diceret dominus non longe est a regno dei. probabilius  
creditur hunc alium esse non illam. Sequitur mattheus.

**LXXIII. CONGREGATIS ANTE PHARISEIS  
INTERROGAVIT EOS IESUS DICENS. QUID UOBIS  
UIDETUR DE XP̄O CUIUS FILIUS EST? DICUNT  
EI DAVID. AIT ILLIS.**

Quomodo ergo dauid in spiritu uocat eum dominum dicens.  
dixit dominus domino meo sede adexteras meis. donec ponam  
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo dauid

uocat eum dñm quomodo filius eius ē? Et nemo po-  
 terat respondere ei uerbū neq; ausus fuit quisquam ex  
 illa die eum amplius interrogare. Hoc consequenter &  
 eodem ordine marcus quoq; commemorat. Lucas & iā  
 tantūmodo de illo tacet. qui interrogauit dñm quod  
 esset mandatū primū in lege. Hoc autem p̄termissio.  
 eundem & iā ipse ordinem seruat & hoc de xp̄o quomo-  
 do sit filius dauid quæsiisse a iudeis dñm pariter  
 narrat. Nec inter. ē. ad sententiā quod secundū mattheū.  
**C**um interrogasset ihs quideis uideatur de xp̄o cuius  
 esset filius. illi responderunt dauid. tum demum in-  
 tulit quomodo eum dauid dñm diceret secundum  
 illorū autem duos. marcū & lucā nec interrogati esse  
 nec respondisse inueniuntur. Intellegere enim debe-  
 mus. post eorū responsionem sententiā ipsius dñi  
 aduob; euangelistis insinuatā. quomodo ab illo dicta  
 sit his audientib; quos uolebat suo magisterio utilit̄  
 informare. & ab scribarū alienare doctrina qui de xp̄o  
 illum solū sapiebāt quod secundū carnem factus  
 erat ex semine dauid. non eum autem intellegebant  
 dñm. prop̄t̄ quod erat dñs ipsius dauid. Ideo tamquā  
 de illis errantib; dñs ad istos sermones faciens quos  
 uolebat ab illorū errore liberari. Secundū hos duos  
 euangelistas commemoratur. ut quod illis dictū ē.  
**Q**uomodo dicitis sicut matth̄ narrat. sic accipiat  
 non tamquā ad illos. sed tamquā de illis ad eos potius  
 dictū sit. quos uolebat instruere.

Sequitur mattheus ita narrationis ordinem tenens.

**LXXV TUNC IHS LOCUTVS E AD TURBAS ET DISCIPVLOS SUOS DICENS SVP CATHEDRA MOYSI**

Sederunt scribae & pharisaei. Omnia ergo quaecūq; dixerunt uobis obseruate & facite. secundū uero opera eorū. nolite facere. Dicunt enim. & non faciunt.

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Non me uidebitis a modo donec dicatis. Benedictus qui uenit in nomine dñi.

Similem sermonē habuit se dñm aduersus phariseos & scribas legisq; doctores. lucas quoq; commemorat. sed in domo cuiusdā pharisaei qui eū uocauerat ad conuiuium.

Quod ut narrat & digressus erat a mattheo circa illum locum ubi ambo commemorauerunt quod dictū ē.

Ad nō designo ionae triū dierū & noctiū. & de regina austri & de niu&is. & de spū in mundo qui redit & inuenit mandatā domū. post quem sermonem dicit mattheus.

adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater ei & fratres. stabant foris querentes loqui ei. Lucas autem in eo sermone dñi cōmemoratis & iā quib; dam quae mattheus dixit se dñm p̄ter misit ab ordine. quē

cū mattheo tenuerat ita digreditur. Et cum loqueretur inquit rogauit illum quidā phariseus ut pranderet apud se. phariseus autem coepit intra se.

reputans dicere quare non baptizatus es & ante prandium. & ait dñs ad illū. Nunc uos pharisaei quod de foris ē. calicis & ceteri mundatis. atq; hinc iam cetera in eos dem phariseos & scribas. & legis doctores talia dic.

qualia mattheus hoc loco. quem nunc considerandum  
 suscepimus. Quam quā ergo ita ista mattheus comme-  
 morat. ut quam uis domū illius pharisaei non nominat.  
 Non tamen locū exprimat. ubi dicta sint quo repugnet  
 aliquid. illi domui tamen quia iam uenerat dñs in hie-  
 rusalē galilea. & post eius aduentū ita superiora usq;  
 ad hunc sermonem contexuntur. ut probabiliter  
 accipiantur in hierusalem gesta. Lucas autem illud nar-  
 rat cum adhuc dñs iter ageret in hierusalem. Uidentur  
 mihi similes duo esse sermones quorū ille alterum. alte-  
 rū iste narrauit. Sane considerandum ē. quomodo  
 hic dictū sit non me uidebitis amodo donec dicatis.  
 benedictus qui uenit in nomine dñi. cum secundum  
 eundem mattheū iam hoc dixerint. Et lucas enim  
 dicit hoc esse responsum ad dño illis qui eū mōuerant  
 ut iret inde quā uellet eum herodes occidere. ibi & iam  
 aduersus ipsā hierusalē ea prorsus uerba ab illo esse  
 commemorat. quae hic mattheus. Sic enim narra-  
 tur secundum lucā. In ipsa die accesserunt quidā  
 phariseorū dicentes illi. Exi & uade hinc quia  
 herodes uult te occidere. Et ait illis. Ite dicit  
 te uulpi illi. Ecce eicio demonia & sanitates per-  
 ficio hodie & cras & tertia die consumor. Uerum  
 tamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare.  
 quia non capit propheta perire extra hierusalem.  
 Hierusalē quae occidis prophetas & lapidas eos qui  
 mittuntur ad te. quotiens uolui congregare filios

tuos quem admodum luis nidum suum sub pinnis & no-  
 luisti. Ecce relinquatur uobis domus uestra. Dico  
 autem uobis quia non uidebitis me donec ueniat cum  
 dicatur benedictus qui uenit in nomine dñi. Narrationi  
 quidem huic lucæ non uidetur aduersari quod turbæ  
 dixerunt ueniente ad hierusalem benedictus qui uenit  
 in nomine dñi. Secundū quippe lucæ ordinem non  
 dum illuc uenerat & nondum dictū erat sed quia non  
 dicit quo inde tunc abscesserit ut non ueniret nisi eo  
 tempore qm̄ illud diceretur. Perseuerat quippe in iu-  
 nere suo donec ueniat hierusalem atq; illud quod ait.  
 Ecce eicio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras & tertia  
 die consumor. Mystice ab illo & figuratē dicta intellegunt  
 neq; enim hodie parsus ē qui ē ab hodie tertiū <sup>cum</sup> continuo  
 dicat oportet me hodie & cras & sequenti ambulare. Cogit  
 profecto & iā illud mystice intellegi quod ait non uidebitis  
 me donec ueniat cū dicatur benedictus qui uenit in nomine dñi.  
 De illo suo aduentu quo in claritate uenturus ē hoc signifi-  
 cans ut illud quod ait eicio dæmonia & sanitates p̄ficio  
 hodie & cras & tertia die consumor. referatur ad corpus eius  
 quod ē ecclesia. Ex peluntur enim dæmonia cum relictis  
 paternis sup̄stitionib; credunt in eū gentes. Et p̄ficiuntur  
 sanitates cū secundū eius p̄cepta uiuitur. Postea quā fue-  
 rit diabolo & huic sæculo renuntiatū usq; in finē resur-  
 rectionis. quā tāquā tertia consumabitur. hoc ē ad ple-  
 nitudinē angelicā per corporis & iā immortalitatē p̄ficie-  
 tur ecclesia. Quapropter ordo iste matthei nequaquam

putandus ē. in aliud aliquid eē digressus. sed lucas magis intellegendus ē. uel p̄ occupasse quae gesta s̄ in hierusalem. & recordando interposuisse & antequā eius narratio dñm p̄duceret & hierusalem. aut eidem ciuitati iam p̄p̄inquante. talia respondisse monentib; ut ciues & herodem. quae lucas matth̄ eam dicit & iā turbis locutū cum iam p̄uenisset in hierusalem. atq; illa omnia iā p̄acta essent quae supra narrat̄. Sequitur matth̄ & dicit.

**LXXVI. ET EGRESSVS IHS DE TĒPLO IBXIT ET ACCESSEŪ DISCIPULI EIVS VT OSTENDERENT EI AEDIFICACIONES TĒPLI.**

**I**psē autem respondens ait illis. Uidetis haec omnia. Amen dico uobis non relinquetur hic lapis super lapidē qui non destruetur. Marcus & iā commemorat hoc eodem pene ordine post aliquantā digressionem ad hoc factā ut cōmemoraret de uidua quae misit <sup>duo minuta</sup> in gazo filaciū. Quod cum eo lucas solus commemorat. Nam & iā secundū marcū postea quā illud dñs egit cū iudeis. quomodo acciperent xpm̄ filiū dauid. ea narratur quae dicit de euendis pharisaeis. Et ypocrisi eorū quem locū mattheus latissime p̄secutus ē. & plura ibi dicta narrat̄. atq; ideo post eundē locū quē breuiter p̄strinxit marcus & copiose digessit mattheus. nihil amplius marcus intulit sicut dixi quā de illa uidua <sup>suberrima</sup> pauperrima. ac de <sup>ichū</sup> inde subiunxit ea quib; mattheo cohereret & dicens de tēpli futura euersione. Lucas quoq; post illud de xpo quomodo esset filius dauid. pauca de euenda ypocrisi phariseorū

commemorat. Inde sicut marcus p̄git ad uiduam quae duo  
minuta in gazo filiciū misit. Deinde subiungit d&ēpli  
futura euersione quod matth & marcus. Sequit̄ matth dicens.

**LXXVII. SEDENTE AUTEM SUP MONTĒ OLIUETI  
ACCESSERŪ ADEŪ DISCIPULI SECRETO DICENTES.**

Dic nobis quando haec erunt & quod signū aduentus tui  
& consumationis sc̄ly. Et respondens ih̄s dixit eis. Uidē  
ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo  
dicentes. ego sum xp̄s & multos seducet. Et cetera usq; ad  
illud ubi ait. Et ibunt hi in suppliciu a&ernū. Iustitia uē  
inuitā a&ernā. Nunc iā istū prolixū sermonem dñi secundū  
tres euangelistas. mattheū marcū & lucā condiderimus.  
eundem quippe tenentes ordinem parit̄ ista contexunt di  
cunt quidem hic aliqua & iā singul; propria. In quib; nulla  
ē. repugnantiaē m&uen da suspicio. De his autē quae parit̄  
dicunt nec ubi sibi m& aduersari putentur uidendū ē.  
Neq; <sup>esset hoc</sup> enim dici potest si aliquid tale occurre  
rit. <sup>o uel sup tee</sup> Aliud ēē atq; alibi ad dño similiter dic  
tum. <sup>n huius</sup> quando eodem loco. rerū actēporū om  
niū triū uersatur narratio. Sane quod eorundem senten  
tiarū ad dño dictarū non eundem om̄s ordinē seruant. nihil  
ad rem p̄tinē uel intelligendā uel insinuandā. Dum ex quae  
ab illo dicta referuntur. non sibi m& aduersentur. Quod  
ergo mattheus ait. Et p̄dicabitur hoc euangeliū regni  
in uniuerso orbe. In testimoniu omnib; gentibus. Et  
tunc uenit̄ consumatio. & iā marcus o eodem ordinē ita  
cōmemorat̄ in omnes gentes. primū oportet & predicari



euangeliū regni. Non dixit & tunc uenit & consumatio. sed  
 hoc significat quod ut primū idē. In omnes gentes. Primū  
 oportet predicari euangeliū quia illi desine interrogauerunt  
 Cum ergo dicit primū oportet In omnes gentes predicari euan-  
 geliū significat utiq; primū antequam ueniat consumatio.  
 Item quod mattheus ait. Cum ergo uideritis abominatio-  
 nem desolationis. quae dicta ē. uel dānielo propheta stan-  
 tem in loco scō. qui legit intellegat. hoc marcus ita dicit.  
 Cum autē uideritis abominationem desolationis stantem  
 ubi non debet. qui legit intellegat. In qua mutatione  
 uerbi exposuit eandem sententiā. Ideo quippe ubi non  
 debet quia non loco scō non debet. Lucas autē non ait  
 cum uideritis abominationem desolationis stantem  
 in loco scō aut ubi non debet. sed ait. Cum autē uideri-  
 tis circū dari ab exercitu hierusalē. tunc scitote quia  
 adpropinquabit desolatio eius. Tunc ergo  
 erit abominatio desolationis in <sup>is</sup> como loco scō.  
 Quod autē <sup>ait</sup> mattheus. Tunc qui in <sup>d</sup> dñr egit ci iudea  
 fugiant ad montes & qui in tecto <sup>lex nari</sup> non  
 discendant tollere aliquid de domo sua. & qui in agro  
 non reuertatur tollere tonicā suā. Totidem pene uerbis  
 hoc & iā marcus commemorat. Lucas autē. Tunc qui in  
 iudea sunt inquit fugiant in montes hoc sicut illi duo  
 cetera uero alit. Sequitur enim & <sup>...</sup> dicit qui in medio  
 eius discedant. & qui in regionib; non intrent in ea q;  
 di et ultionis hisunt ut impleantur omnia quae  
 scripta sūt. satis diuersū uidetur quod illi dixerunt.

Et qui sup tectum non descendat tollere aliquid de domo.  
Et quod iste dicit & qui in medio eius discedant nisi forte  
quia p turbatio magna erit tam magno Instante periculo  
illi quos inclusit & obsidio quod significat dicendo qui  
in medio eius. In tecto erunt adtoniti & uolentes uidere  
quid impendat uel qua euadendū sit. Sed quomodo  
ait discedant. quando supra dixit. Cum autem uideri  
at circūdari ab exercitu hierusalem. Nam illud quod  
sequitur qui in regionib; non intrent in eā. Uidetur  
ad congruā p tenere admonitionem. & potest obserua  
ri. ut qui ex tāsunt non in eā intrent. qui autē in me  
dio sunt quomodo discedent ab exercitu. Iā ciuitate  
circūdata. An hoc ē. esse in medio eius. quando iam ita  
periculū arguebit. ut temporalitē ad p̄sentem uitam  
tuendam non possit euadi. Et qm̄ tunc parata de  
be esse anima a libera ne carnalib; desideriis occupata  
& oppressa hoc significat quod ab aliis duob; dictū ē.  
in tecto uel sup tectū ut quod iste ait discedant id est  
non iam huius uitae desiderio capiuntur sed in aliam uitā  
migrare parati sunt. hoc illi duo dixerunt. non descendat  
tollere aliquid de domo id ē. nullo affectu inclinatur in  
carnem. tamquam aliquid inde commodi p̄cepturus.  
& quod iste ait qui in regionib; non intrent in eam. id ē.  
qui iam bono cordis proposito extra illā facti s̄ non ex  
rursus carnali cupiditate desiderant. hoc illi dixerunt  
& qui magis ē. non reuertatur retro tollere uestimētū suū  
tamquā iterū in uolui curis quib; erat exutus. quod ueritat

mattheus. Orate autem ut non fiat fuga uia hieme uel sabbato  
hinc marcus partem dixit partem tacuit. Orate uero inquit  
ut hieme non fiant. Lucas autem hoc non dixit sed tam  
dixit aliquid solus quo mihi uideatur hanc ipsam quae  
ab istis obscure positae. Inlustras se sententiam ita enim ait.  
Ad tendite autem uobis. Nescite grauentur corda uia in  
crapula & ebrietate & curis huius uitae & superueniat in  
uos repentina dies illa tamquam laqueus enim superueniat  
in omnes qui sedent super faciem orbis terrae. uigilate  
itaque omnitemporis orantes ut digni habeamini fugere  
ista omnia quae futura sunt haec intellegitur fuga. quam  
mattheus commemorat quae non debet fieri hieme uel  
sabbato. Ad hiemem autem pertinent curae huius uitae  
quas lucas apte posuit. ad sabbatum uero crapula & ebrie-  
tas. curae quippe uiae sunt. uelut hiemps. crapula  
uero & ebrietas. carnalis laetitia luxuriaeque cor submergit  
atque obruit. quod malus sabbati nomine propterea signi-  
ficatum est. quia haec erat iam sicuti & nunc est. iudeorum  
perissima consuetudo illo die ditibus affluere. dum spiri-  
tale sabbatum ignorant. aut si aliquid aliud in illis secun-  
dum mattheum & marcum uerbis intellegendum aliquid  
aliud & iam lucas dixerit. dum tamen nulla repugnantiae  
questio mouetur. neque enim nunc euangelia exponen-  
da suscepimus. sed a falsitatis uel fallaciae calumnia  
defendenda. Alia uero quae in hoc sermone mattheus  
posuit communia cum marco nihil habent questionis.  
quae autem cum lucas non in hoc sermone lucas exposuit.

t. tristat

102  
cuius huic ordo concordat. sed alibi talia uel recordatur  
atq; inserit p̄occupando ut prius commemorat. quae  
post adn̄o dicta uel bis adn̄o dicta facit intellegi & nunc  
secundum mattheū. & tunc secundū ipsum. Sequitur  
mattheus. **LXXVIII.**

**ET FACIŪ. EST CŪ CONSŪONASSET IHS  
SERMONES HOS OMNES.**

Dixit discipulis suis. Scitis quia post biduum pascha  
fi& & filius hominis trad&ur ut crucifigatur. huic  
adtestantur. alii duo marcus & lucas ab eodem ordine  
non recedentes. neq; hoc t̄quā adn̄o dictū insinuant.  
hoc enim intimare p̄termiserunt ex sua tamen p̄sona. &  
marcus dicit. Erat autem pascha & azima post biduum  
& lucas adpropinquabat autem dies festus azimorū  
qui dicitur pascha. Sic ergo adpropinquabit ut erit &  
post biduū sicut alii duo aptius consonant. Johannes  
uero t̄r b; quidem locis commemorauit eius diei festi  
propinquitatē. Cum alia quaedā duob; superiorib;  
locis narr&. Tertio autem loco appar& eius narratio  
circa ipsa uersari tempora ubi hoc & iā illi tres intimant  
idē. in pendentis iam dominicae passionis. Sed hoc  
uideri potest parū diligenter intuentib; eē contrariū.  
quod matth̄ & marcus postea quam dixerunt pascha  
post biduū futurū deinde commemorauerunt quod erat  
ih̄r in b&thania. ubi de ungento illo p̄tioso dicitur. Johā  
autem ante sex dies paschae dicit ih̄m uenisse in b&thā  
niā de ungento eadem narraturus. quomodo ergo

secundum illos duos post biduum futurum erat pascha. cum  
postea quam hic dixerunt inueniantur cum iohanne  
in bethania. Illud de unguento quod ipse narravit.  
Tunc autem ipse dixit post sex dies futurum pascha sed  
qui ita mouentur non intellegunt mattheum & marcum  
illud quod in bethania de unguento factum erat recapitu-  
lando posuisse non post illam de biduo predictionem  
suam sed ante iam factum cum adhuc sex dies essent  
ad pascha. Non enim quisquam eorum cum dixisset post  
biduum futurum pascha. sic adiunxit de illo facto  
in bethania ut dicitur post haec cum esset bethaniae  
sed mattheus quidem. Cum autem esset inquit ihesus  
in bethania. Marcus autem cum esset bethaniae  
quod utique intellegitur. Et antequam illa dicerentur  
quae ante biduum paschae dictae sunt. Sicut ergo ex  
iohannis narratione collegitur. ante sex dies paschae  
uenit in bethaniam ibi factum est illud conuiuium ubi  
de unguento pretioso fit commemoratio. In de uenit  
hierosolimam sedens super asellum. Deinde postea geruntur  
ea quae narrant. Post hunc aduentum eius hieroso-  
lymis gesta. Et illo ergo die quo uenit in bethaniam  
atque illud de unguento factum est. usque ad diem  
quo ista omnia gesta atque dictae sunt. Intellegimus  
& iam euangelistis non commemorantibus consuetum  
fuisse quod triduum ut occurreret dies. quae ante  
biduum paschae duo definerunt. Lucas autem  
cum ait adpropinquabat dies festus azimorum.

Non expressit biduum. Sed hanc propinquitatem  
 quam commemoravit. In ipso intervallo bidui debem<sup>us</sup>  
 accipere. Iohannes uero cum dicit proximum erat pascha  
 iudeorum. Non hoc biduum uult intellegi. sed dies sex  
 antepascha. Proinde cum quaedam post hoc dictum  
 commemorasset. Tunc uolens ostendere quam  
 proximum fuisse pascha dixisset. Ihs ergo ante sex  
 dies inquit paschae uenit in bethaniam ubi fuerat lazarus  
 mortuus quem suscitauit ihs. fecerunt autem ei cenam ibi.  
 Hoc illud est. quod commemorant recapitulantes mattheus &  
 marcus cum iam dixissent. post biduum futurum pascha.  
 Recapitulando ergo ad illum diem redeunt in bethaniam qui  
 erat ante sex dies paschae. & narrant quod iohannes de  
 caena & ungento unde uenturus erat hierosolimam & p  
 actis illic quae narratae sunt. peruenturus ad diem qui erat ante  
 biduum paschae. unde isti digressi sunt ut recapitulando  
 commemorarent. quod ante in bethania de ungento gestum  
 est. cuius rei per acta narratione illuc iterum redeunt. unde  
 digressi fuerant. id est. ut iam sermo domini narratur. quem  
 habuit ante biduum paschae. Nam si tollamus de medio  
 quod gestum in bethania digredientes ab ordine recolendo  
 & recapitulando narrarunt. & ipsum ordinem contexamus.  
 ita sermo dirigitur. secundum <sup>sup</sup> mattheum dicentem domino.  
 scitis quia post biduum pascha <sup>fi</sup> & filius hominis  
 tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt prin  
 cipes sacerdotum & seniores populi in atrium principis  
 sacerdotum qui dicebatur caiphas. & consilium fecerunt

ut ihm dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem  
non in die festo ne forte tumultus fieret in populo. Tunc  
abiit unus de duodecim qui dicitur iudas scarioth ad  
principes sacerdotum. & cetera inter illud enim quod dic-  
tum est. ne tumultus fieret in populo. & illud quod dictum  
est. tunc abiit unus de duodecim qui dicitur iudas.  
interpositum est. illud debethania. quod recapitulando  
dixerunt. Quo nos praetermisso contexamus narra-  
tionem ut insinuaremus non repugnare ordinem  
temporum. Secundum marcum autem debethaniae conui-  
uium quod recapitulando & ipse interposuit. Simi-  
liter praetermisso ita se ordo narrationis tenet. Erat  
autem pascha & azima post biduum. Et quaerebant  
summi sacerdotes & scribae quomodo eum dolo tenerent.  
& occiderent. Dicebant enim non in die festo ne forte  
tumultus fieret in populo. Et iudas scarioth unus ex  
duodecim abiit ad summos sacerdotes ut proderet eum.  
& cetera. Etiam hic inter illud quod dictum est. ne forte tu-  
multus fieret in populo. & illud quod adiunximus. & iudas  
scarioth unus ex duodecim. positum est. illud debethania  
quod recapitulando dixerunt. Lucas sane ipsam rem  
gestam in debethania praetermisit. Haec diximus propter  
sex dies antepascha quod dixit iohannes cum  
in debethania rem gestam narraret. & biduum antepascha  
quod marcus & lucas dixerunt. cum post hoc a se  
dictum illud ipsum in debethania quod iohannes comme-  
morarent. sequitur ergo mattheus ab eo loco ubi finem

feceramus considerandae narrationis & dicit.

**LXXVIII. TUNC CONGREGATISVN  
PRINCIPES SACERDOTV ET SENIORES  
POPULI IN ATRIUM PRINCIPIS SACERDOTV  
QUI DICEBATUR CAIPHAS ET CONSILIUM  
PECEIT VT IHVM DOLO TENERENT ET OCCIDERENT.**

Dicebant autem non in die festo ne forte tumultus fieret  
in populo. Cum autem esset ih̄s in bethania in domo  
simonis leprosi accessit ad eum mulier. habens alabastrum  
unguenti pretiosi. & effudit super caput ipsius recubentis.  
Et cetera usque ad illud ubi ait. Dicitur & quod haec fecit  
in memoria eius. Nunc iam de muliere atque ungento pretioso  
quod in bethania gestum est. consideremus. Lucas enim quam  
uis simile factum commemorat & nomenque conveniat eius  
apud quem conviuatur dñs. Nam & ipsum simonem dicit  
tamen quia non est. contra naturam uel contra morem hominum.  
ut si potest unus homo habere nomina duo. Multo ma  
gis possint & unum nomen habere homines duo, potius  
credibile est. alium fuisse illum simonem non leprosum in cu  
ius domo hoc in bethania gerebatur. Nam nec lucas in  
bethania rem gestam dicit quam narrat. & quamuis non  
commemorat civitatem aut castellum ubi factum sit. tam  
non videtur in eodem loco uersari eius narratio. Nihil  
itaque aliud intellegendum arbitror. nisi non quidem aliam  
fuisse mulierem quae peccatrix tunc accessit ad pedes  
ih̄s & osculata est. & lauit lacrimis & terxit capillis &  
unxit ungento. cui dñs adhibita similitudine de duob;



debitorib; ait. Dimissa eē peccata multa qm̄ dilexit  
multum. sed eandem mariā his hoc fecisse. semel  
scilicet quod lucas narrauit. Cum primo accedens  
cum illa humilitate & lacrimis meruit peccatorū  
remissionem. Nam hoc & iohannes quamuis non si-  
cut lucas quem ad modū factū eē narrauerit. tamen  
ipsam mariā commendans commemorauit. Cum  
iam de lazaro resuscitando coepisset loqui. ante  
quam ueniret in bethaniam quod ita ibi narrat. Erat  
autem quidam inquit languens lazarus abethania de  
castello mariae & mathae sororis eius. Maria autē  
erat quae unxit dñm unguento. & extersit pedes eius  
capillis suis cuius frater lazarus infirmabatur. hoc  
docent iohannes adtestatur lucas. qui hoc in domo  
pharisaei cuiusdam simonis factū eē narrauit. Jam  
itaq; hoc maria fecerat. quod autem in bethania rursus  
fecit aliud ē. quod ad lucas narrationem non pertinet.  
sed pariter narratur a trib; iohanne scilicet. mattheo  
& marco. Inter istos igitur tres. mattheū marcū & iohānē  
quem ad modū hoc conueniat attendamus. De quib;  
non ē dubiū quod eandem rem narrent gestam in  
bethania. ubi & iā discipuli quod omnes tres cōmemo-  
rent. mirati sunt aduersus mulierem tamquā  
de perditione pretiosissimi ungenti. Quod ergo mattheus.  
Et marcus caput dñi unguento illū p̄ fusum dicunt.  
Iohannes autem pedes. regula illa ostenditur non  
esse contrariū quā demonstrauius. cum de quinq;

panibus parceret turbas. Ibi enim quia non defuit qui  
 & quinquagenos & centenos discubuisse commemoraret.  
 cum alius quinquagenos dixerit. non potuit uideri contra-  
 rium. Potuisset autem si alius centenos tantum. potuisset  
 sicut alius quinquagenos. & tamen debuit inueniri utrumque  
 factum esse. quo exemplo informari nos oportuit sicut  
 illic admonui. Ubi & iam singuli euangelistae commemorant  
 utrumque factum intellegere. Proinde & hic non solum caput.  
 sed & peder dñi accipiamur p fudisse mulierem. nisi forte  
 quoniam marcus fracto alabastris p fusu caput commemorat.  
 tam quisque & caluniosus ut aliquid in inuase fracto  
 neget remanere potuisse unde & iam peder p funderet. sed  
 cum iste contenderit sic esse fractum ut nihil ibi residui  
 fieret. Quando melius & religiosius contendit alius  
 non esse ita fractum ut totum effunderet nitens proveri-  
 tate euangelii. ille autem caluniosus. sitam p tinaciter  
 caecus est. ut euangelistarum concordiam de alabastris fractis  
 frangere conatur. Prius accipiat p fusos peder antequam  
 illud fractum esset. ut in integro remaneret. unde & iam caput  
 p funderetur. Ubi fractura illa totum effunderet. Acapite  
 quippe nobis ordinate consuli agnoscimus. sed ordinate & iam  
 nos a pedibus ad caput ascendimus. cetera facti huius nullam  
 mihi uidentur habere questionem. quod enim alii dicunt  
 discipulos murmurasse. de ungenti effusione precioso.  
 iohannes autem iudam commemorat. & ideo quia fuerat  
 manifestum. puto esse discipulorum nomine eundem iudam  
 significatum. locutione illa quam de philippo inquit;

panib; insinuauimus. plurali numero pro singulari usurpato.  
 Potest & iā intellegi. quod & alii discipuli aut senserint hoc  
 aut dixerint. aut eis iuda dicente persuasū sit. atq; om  
 nium uoluntate mattheus & marcus & iā uerbis expr̄serūt.  
 sed iudas propterea dixerit quia fur erat. Ceteri uero pp̄t  
 pauperū curā. Iohannē autem desolo illo id cōmemorasse  
 uoluisse. cuius ex hac occasione furandi consuetudinē  
 credidit intimandā. Sequitur mattheus.

**LXXX. TUNC ABIT UNVS DE DUODECĪ QUI DI  
 CITUR IUDAS SCARIOTH AD PRINCIPES SACERDOTŪ.  
 ET AIT ILLIS.**

Quid uultis mihi dare & ego uobis eum tradam. At illi con  
 stituerunt ei xxx argenteos. usq; ad illud abiit. Et fe  
 cerunt discipuli sicut constituit illis ih̄s & parauer̄ pascha.  
 Nihil in hoc capitulo contrariū putari potest. marco & luce.  
 qui hoc idem similiter narrant. Quod enim dicit math.  
 Ite in ciuitatē ad quendā & dicite ei. Magister dicit.  
 tempus meū prope ē. apud te facio pascha cū discipulis  
 meis. Eum significat quem marcus & lucas dicunt  
 patrem familias. uel dñm domus in qua eis cenaculum  
 demonstratū ē. ubi parauer̄ pascha. quod ergo in t̄posuit  
 mattheus ad quendā tamquā ex persona sua studio breui  
 tatis illū compendio uoluit insinuare. Si enim dicer̄  
 dixit se dñm. Ite in ciuitatē & dicite ei. Magister dicit.  
 tempus meū prope ē. apud te facio pascha. tamquā cui  
 tati dicendū esset & acciperetur. Ac hoc non ex dñi cuius  
 mandatū narrabat. sed ex sua p̄sona interposuit.

Adquendā iussisse dñm ut irent. Ne haberet necesse totū dicere. cum hoc illi ad insinuandā iubentis sententiā sufficere uideretur. Nam neminē sic loqui ut dicat. ite adquendam quinesciat. Si enim diceret ite ad quem cūq; aut ad quem libet porret eē in<sup>ea</sup> locutio. sed non eē. cestus homo ad quem mitterentur cum eū cestū ostendat. quamuis tacito eius nomine marcus & lucas. Sciebat quippe dñs ad quem mitteret & ut eū & illi quos mittebat inuenire possent.

Præmonuit quod iudiciū sequerentur de homine gestante aquae lagena uel anforā ut eū secuti ad domū quam uolebant uenirent. Cum itaq; non hic porret dici ite ad quem libet. quod integritas quidem locutionis admittit. sed hoc loco rei huius quae insinuabatur ueritas non admittit. quanto minus hic dici potuit. ite adquendā quod omnino numquā recta locutione dici potest. sed plane discipulos ad dñm non ad quem libet sed adquendā hominē idē ad cestū aliquem missos eē manifestū. ē. quod nobis ex persona sua recte potuit euangelista narrare ut diceret. Misit eos adquendā ut dicerent ei apud te facio pascha. potuit & ita sic. Misit eos adquendā dicens ite dicite ei apud te facio pascha. Ac per hoc cum uerba dñi posuisset dicens. ite in ciuitatē interposuit ipse adquendā. non quia hoc dñs dixerit. sed ut ipse nobis insinuat & tacito nomine fuisse quendā in ciuitate ad quem dñi discipuli mittebantur ut præpararent pascha. Ac sic post hanc ex persona sua in<sup>ter</sup>positionē duorum uerborū. Sequitur ordinē uerborū dñi dicentis. & dicite ei.

Magister dicit iam enim si quæretur cui recte responderetur  
 illi cuidam homini ad quem missus se insinuauit euangēta.  
 Cum ex persona sua interposuisset ad quendam minus quidem  
 usitata locutio. sed tamen sic intellecta integerrimam esse  
 aut si habet aliquid proprietatis hebraea lingua qua  
 phibetur scripsit se mattheus ut & iam totum ex persona dñi  
 dictum locutionis integritate non careat. uiderunt qui  
 nouerunt sane ita potest & iam latine dici. si diceretur  
 ite in ciuitate ad quendam quem uobis demonstrauerit ho  
 mo qui uobis occurrerit laguenam aquae potest hoc  
 modo iubenti sine ambiguitate potest obtemperari uelut  
 & iam si diceretur ite in ciuitate ad quendam qui manet illo aut  
 illo loco in tali uel tali domo cum expressione loci & designa  
 tione domus potest intellegi potest fieri. His autem  
 atque huiusmodi ceteris tacitis indicis qui dicit. ite  
 ad quendam. & dicite ei. Ideo non potest audiri quia  
 certum aliquid quem uult intellegi. cum dicit ad quen  
 dam et non exprimit quomodo dinoscatur. quod si  
 ex persona dictum euangelistae illud interpositum acceperimus.  
 Erit quidem necessitate breuitatis sub obscura locutio  
 sed tamen integra. quod uero marcus laguenam dicit.  
 quam lucas amphoram. ille uasis genus. ille modum signi  
 ficauit uterque ueritatem sententiae custodiuit. Seq̄ math.  
**LXXXI. UESPERE AUT FACTO DISCEBANT**  
**CUM DUODECİM DISCIPULIS. ET EDENTIB; ILLIS DIX.**  
**A** mendico uobis quia unus uestrum me traditurus est. Et  
 contristati ualde coeperunt singuli dicere. Numquid

107  
egorū dñe? Et cetera usq; ad illud ubi ait. Respondent  
autem iudas qui tradidit eum dixit. Num quid ego rab  
bi. ait illi tuidixisti. In his quae considerata nunc  
proposuimus. nihil afferunt quaestionis & iā ceteri  
euangelistae qui talia commemorant.

## EXPLICIT LIB. II. DE CONCORDA

QUATTVOR EVANGELISTARV.

## INCIPIT LIBER; TERTIVS;

IAM QM̄ OMNIUM QUATTVOR NARRATIO:

INOUERSATVR LOCO. IN QVO NECESSE EST  
EOS VSQ; INFINEM;

Pariter ambulare nec multū digredi abinuicem sic ubi  
forte alius aliud commemorat quod alius p̄termittit.  
Uideatur mihi expeditius nos demonstrare posse om  
niū euangelistarū conuenientiā. Si ab hoc iam loco  
omniū omnia contexamur & in unā narrationem fa  
ciemq; digeramus. Sic ergo arbitror commodius faci  
liusq; id quod suscepimus explicari. ut adgrediamur  
narrationē omnia <sup>me</sup> commemorantes. Cum eorum  
euangelistarū attestationē. qui ex his omnib; quisq;  
quod potuit aut quod uoluit commemorauit. Ut  
tamen ab omnib; haec omnia dicerentur. quae de

de monstrandum ē: in nullo sibi eē contraria. Hinc igitur incipiamus secundum mattheum.

**I. CAENANTIBVS EIS ACCIPIT IHS PANEM ET BENEDIxit AC FREGIT DE DITQ; DISCIPULIS SVIS ET AT.**

**A**ccipite & comedite hoc ē corpus meum. haec & marcus lucasq; commemorant. quod enim lucas de ecclesie bis commemoravit. prius antequam panem daret. Deinde postea quam panem dedit illud quod superius dixit. preoccupavit ut solē illud uero quod ordine suo posuit non commemorauerat superius. utruq; autem coniunctū hanc sententiam facit. quae & illorū ē. Iohannes autem de corpore & sanguine dñi hoc loco nihil dixit sed plane alibi multo uberius hinc dñm locutū esse testatur. Nunc uero cum dñm a cena surrexisse & pedes discipulorū lauisse commemorasset. Reddēt & iā ratione quē hoc eis fecerit in qua dñs adhuc clausae significauerat per testimoniū scripturae ab eo se tradi qui manducaret eius panem uenit ad hunc locum quem tres ceteri pariter insinuabant. Cum haec dixisset inquit ih̄s turbatus ē. spū. & protestatus ē. & dixit. Amen dico uobis. quia unus ex uobis tradet me. Aspiciant ergo sicut idem ipse iohannes subnectit ad inuicem discipuli haesitantes de quo diceret. Et contristati sicut matheus & marcus dicunt. coeperunt ei singillatim dicere. Numquid ego. Ad ipse

respondens ait. Sicut mattheus sequitur. Quin-  
 git mecum manū in praeside hic me tradet. Et sequi-  
 tur idem mattheus. Ita subnectens. Filius quidem  
 hominis uadit sicut scriptū ē. de illo. Uae autem ho-  
 mini illi pro quem filius hominis tradetur. Bonum erat  
 ei sinatur non fuisse homo ille. In his & marcus hoc  
 & iam ordine consonat. Deinde & mattheus subiungit.  
 Respondens autem iudas qui tradidit eum dixit. Numquid  
 egorū rabbi. ait illi. tu dixisti. & iam hic non expressum ē.  
 utrum ipse esset. Potest enim adhuc intellegi tamquā  
 non ego dixi. potuit & iam hoc sic dici iuda & ad nō  
 responderē ut non omnes adueterent. Deinde sequi-  
 tur mattheus & inserit mysteriū corporis & sangui-  
 nis ad nō discipulis datum. sicut & marcus & lucas.  
 Sed cum tradidisset calicem. rursus de traditore suo  
 locutus ē. quod lucas prosequitur dicens. Uerumtamē.  
 ecce manus tradentis mecum ē in mensa. & quidem filius  
 hominis. secundū quod definitū ē uadit. Uerumtamē.  
 uae illi homini pro quem tradetur. Hic iam intellegen-  
 dum ē illud consequi. quod iohannes narrat. Isti autē  
 propter miserunt sicut iohannes quaedā propter misit. quae  
 illi dixerunt. Cum ergo post traditū calicem dixisset  
 dñs quod aluca positum ē. Uerū tamen. ecce manus  
 tradentis mecum ē. in mensa. & cetera coniungitur illud  
 secundū iohannem. Erat ergo recubens unus ex dis-  
 cipulis eius in sinu ihū quem diligebat ih̄s. Innuit  
 ergo huic simon petrus & dicit ei quis ē. de quo dicit.



Itaq; cum recubuit & ille suprapectus ihū. dicit ei. Dñe  
 quis ē. respondit ih̄r. ille cui ego intinctū panem  
 porrexero. Et cum intinxisset panem dedit iudae  
 symonis scarioth & post buccellā tunc introiit in illū  
 satanas. hic uidentū ē. ne non solū iudae qui iam  
 dixerat intrare se satanā in cor iudae quando pactus ē.  
 cum iudeis ut cum accepta pecunia traderet. sed & iā sibi  
 ipse iohannes repugnare uideatur qui iam dixerat supe-  
 rius antequā istā buccellā acciperet. & caena facta.  
 Cum iam diabolus inmisisset in cor ut traderet eū iudas.  
 Quomodo enim intrat in cor nisi inmittendo iniquas  
 persuasiones cogitationib; iniquorum. Sed nunc  
 intellegere debemus ad diabolo iudam plenius esse posse  
 sum. Sicut contra in bono illi qui iam acceperunt sp̄m  
 sc̄m. quando eis post resurrectionem insufflauit  
 dicens. Accipite sp̄m sc̄m. postea eum cum desuper misisset  
 eis & de repente coster. utiq; plenius acceperunt. post  
 buccellā ergo tunc introiit in eū satanas. & sicut con-  
 textim iohannes ipse commemorat. Dicit ei ih̄r.  
 quod facis facitius. hoc autem nemo sciuit discū-  
 bentiū ad quid dixerit ei. quidam enim putabant  
 quia loculus habebat iudas qui dicit ei ih̄r. E me ea  
 quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut  
 aliquid dare. Cū ergo accepisset ille buccellā exiit  
 continuo. erat autem nox. cum ergo exisset dicit ih̄r.  
 Nunc clarificatur ē. filius hominis & dñs clarificatur ē.  
 in eo. & dñs clarificauit eū in semet ipso. & continuo clari-  
 ficauit eum.

**II. FILIOLI AD HUC MODICUM UOBIS CUM SE  
 QUERITIS ME ET SICUT DIXI IUDEIS. QUO  
 EGO UADO NON POTESTIS UENIRE. ET UOBIS DICO**

**modo.** Mandatum nouum do uobis ut diligatis in  
 uicem sicut dilexi uos. & uos diligatis in uicem. In  
 hoc cognoscent omnes. quia mei discipuli estis si dilec  
 tionem habueritis ad inuicem. Dicit ei simon p&rus.  
 Dñe quo uadis. respondit ih̄s quo ego uado. non potes  
 modo me sequi. sequeris autem postea. Dicit ei p&rus.  
 Quare non possū sequi te modo. animā meā pro te ponam.

Respondit ih̄s. animā tuā pro me ponis. Amen amen  
 dico tibi. Non cantabit gallus. donec me ter neget. hoc  
 de p̄dicta negatione sua p&ro. non solum iohannes ex  
 cuius euangelio. modo ista interposui. sed & ceteri  
 tres commemorant. Non sane omnes ex una eademq;  
 occasione sermonis. ad eā commemorandā ueniunt.

Nam mattheus & marcus pari prorsus ordine & eodem  
 narrationis suae loco ea subnectunt ambo. Postea  
 quam dñs egressus ē. ex illa domo. ubi manducauerat pascha.

Luceo uero & iohannes. antequā inde eē egressus. Sed faci  
 le possemus intellegere. aut illos duos eam recapitulā  
 do posuisse. aut istos p̄occupando nisi magis moueret  
 quod tã diuersa. non tantū uerba. sed & iā sententias  
 dñi p̄mittunt. Quib; per motus p&rus illā p̄sumtio  
 nem profert. uel cū dño uel pro dño moriendi. ut  
 magis cogant intellegi. Ter eū ex p̄ssis se p̄ruptionē  
 suā diuersis locis sermones xp̄i. & ter illy ad dño responsū

quod eum esse ante galli cantum. ter negaturus.  
 neque enim incredibile est. aliquantum inter uallis tempo-  
 ris presertim commotum esse ad presumendum. sicut ad negan-  
 dum. uel ei dominum aliquid ter similiter respondisse.  
 Quando quidem & iam contextim nullis aliis interpo-  
 sitis rebus aut uerbis post resurrectionem ter illum  
 interrogat. utrum eum amaret. & ei ter hoc idem respon-  
 denti & iam ipse mandatum de pascendis ouibus suis  
 unum idemque ter precipit. Hoc autem esse credibilis  
 quod ter ostenderit presumptionem suam presertim. & detri-  
 na sua negatione ter domino audierit. Ex ipsius euange-  
 listarum uerbis quae domino dicta diuersae ac diuersa com-  
 memorant sic probatur. Ecce meminimus quod  
 nunc interpositum ex euangelio io hanner hoc certe  
 s dixerat. Filiole adhuc modicum uobiscum sum quaeritas  
 s me & sicut dixi iudeis quo ego uado non potestis ueni-  
 s re. & uobis dico modo. mandatum nouum do uobis ut  
 s diligatis inuicem sicut dilexi uos. & uos diligatis in-  
 s inuicem. In hoc cognoscant omnes quia mei discipuli  
 s estis. si dilectionem habueritis aduicem. Dicit ei simon  
 presertim. domine quo uadis. nempe hic manifestum est. ex illis  
 uerbis motum esse presertim ut diceret. domine quo uadis.  
 Quia dicentem audierat quo ego non potestis uenire.  
 Respondit eidem ihesus presertim. quo ego uado non potestis  
 modo sequi sequeris autem postea. Tunc ille. quare  
 non possu inquit sequi te modo animam meam pro teponam.  
 Huic presumptioni respondit dominus futuram eius negationem.

Lucas autem <sup>cum</sup> commemorat & dixit se dñm. Simon ecce  
 satanas ex p̄luit uos ut cribret & sicut triticum. Ego  
 autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua & tu aliquan  
 do conuersus confirma fratres tuos. Tunc subicit  
 p̄rum respondit se. Dñe tecum paratus sum & in car  
 cerem & in morte ire. & ille dixit. Dico tibi p̄re. non  
 cantabit hodie gallus donec ter neges nos seme. quam  
 hoc aliud sit aliud illud. Unde p̄rus ad presumen  
 dum per motus sit quis non uideat. At uero mattheus.  
 Et in imno dicto inquit. exierunt in montem oliu&.  
 Tunc dicit illis ih̄s. Omnes uos scandalū patiemini  
 in me in ista nocte. Scriptum ē enim. Percutiam  
 pastorem & dispergentur oues gregis. Postquam  
 autem resurrexero p̄cedam uos in galileam. Sic pror  
 sus & marcus. qui hab& & iā haec uerba uel sententiā  
 similem illis uel quib; secundum iohannem uel quibus  
 secundū lucam. p̄rus reuulit p̄sumptionem suam & hic  
 ergo ita sequitur. Respondens autē p̄rus ait illi. Et  
 si omnes scandalizati fuerint in te. ego nūquam  
 scandalizabor. Ait illi ih̄s. Amen dico tibi quia in hac nocte  
 antequam gallus cant& ter. me negabis. Ait illi p̄rus. & iā  
 si oportuerit memori tecū. non te negabo. Similiter & om̄s  
 discipuli dixerunt. Haec p̄ene ipsius uerbis. & iam marcus  
 commemorat. nisi quod non generaliter. sed distinctius  
 quem admodum futurū est & expr̄sit dictum ad dño.  
 Amen dico tibi quia tu hodie in nocte haec priusquam  
 bis gallus uocem dederit. ter. me es negaturus.

Cum itaq; omnes dicant predixisse dñm quod eū p̄r̄us eēt  
 negaturus antequā gallus cantarēt. non autem omnes dicant  
 quotiens gallus cantarēt. Marcus hoc solus narrauit ex  
 p̄r̄suis. unde nonnullis uidetur non congruere ceteris  
 quia parum attendunt & maxime eorum obnubilatur  
 intentio cū aduersus euangeliū animo inducuntur hos  
 tili. tota enim p̄r̄i negatio trina negatio ē. In eadem nāq;  
 permansit trepidatione animi propositoq; mendacitudo  
 nec admonitur quidei p̄dictū sit amaro flū & cordis  
 dolore sanarēt. Haec autem tota idē trina negatio. si  
 post primū galli cantū inciperēt falsum dixisse uideren  
 tur tres quorum mattheus dixit. Amen dico tibi quia  
 hac nocte antequā gallus cantet ter me negabis. Lucas  
 autem dico tibi p̄r̄e non cantabit hodie gallus donec  
 ter neger nosse me. Iohannes autē. Amen amen dico tibi  
 non cantabit gallus donec me ter neger. Diuersis enim  
 uerbis & uerborum ordine eandem explicauerunt senten  
 tiam dixisse dñm quod antequā gallus cantarēt eum p̄r̄us  
 ānegaturus. Rursus si totam trinam negationem ul  
 ante p̄gissēt quam cantare gallus inciperēt supfluo  
 dixisse Marcus deprehenderēt ex persona dñi. Amen  
 dico tibi quia tu hodie in nocte hac prius quam gallus  
 bis uocem dederit ter me negaturus es. Quid enim ad  
 tinebat dicere prius quā bis. quando si ante primū  
 galli cantū tota illa trina negatio complerēt simul  
 & ante secundū & ante tertium. & ante omnes gallicantōr  
 eiusdem noctis complētā inuenirēt. quae ante primam

primum conpl&a probaretur. Sed quia antepimum galli  
 cantū coepta ē. illa trina negatio. adtenderunt illi tres  
 non quando eam conpl&urur et s& p&ur sed quanta futu  
 ra e& & quando coeptura idē quia trina & quia ante galli  
 cantū quāquā in animo eius. & antepimū galli cantū tota  
 possit intellegi. Quā uis enim uerbis negatis antepimum  
 coeptis. post secundum autem galli cantum peracta sit tota  
 illa trina negatio. Tamen affectionis animi & timore p&ri  
 ante primum tota nocte coeptae. Nec inter. ē. quantis mo  
 rarum inter uallis trina uoce nuntiata sit. Cum coreius  
 & iam ante primū galli cantū tota possederit tam mag  
 na scilic& formidinem imbui. ita ut poss& dñm non  
 solum semel sed iterum & tertio interrogatus negare. ut  
 rectius diligentiusq; adtendentib; quomodo iam moea  
 tur ē. mulierem in corde suo. qui eā uiderit ad concupiscen  
 dum. Sic p&ur quando cūq; uerbis edere & timorem quē  
 tam uehementer animo concoeperat. ut p&durare poss&  
 usq; ad testia dñi negationem. Tota trina negatio eitem  
 pori deputanda ē. quando eum trinae negationi suffi  
 cient timor inuasit. ex quo & iā si post primū galli cantū  
 inciperent. pulsato interrogationib; pectore uerba illa ne  
 gationis erūpere. nec sic absurde atq; mendaciter ante  
 galli cantum ter negare se dicer&ur. Quando ante galli  
 cantum tantus timor obfederat mentem qui eam poss&  
 usq; ad testia negationē perducere. Multo minus igitur  
 mouere deb& quia trina negatio. & iā trinis negatis  
 uocib; ante galli cantum coepta. & si non ante primum

galli cantum peracta. ē. tamquāsi alicui diceretur. hac nocte antequam gallus cantet ad me scriber epistolā in qua mihi ter conuertiaberis. Non utiq; si eam ante omnem galli cantū scribere inciperet & post primū galli cantum finiret. Ideo dicendū erat falsum fuisse p̄dictum. Quare ergo de ipsarum uocum interuallis planius elocutus ē. quid dixit ex persona dñi. Prius quam bis gallus uocem dederit ter me et negaturus. Ita gestum esse apparebit cū ad eundem locum narrationis euangelicæ uenerimus. ut & illuc ostendatur euangelistar sibi congruere. Si autem quaeruntur ipsa omnino uerba quae p̄tro dñs dixerit. neq; inueniri possunt & superfluo quaeruntur cum sententia eius propter quam cognoscendam uerba proferuntur. & iam in diuersis euangelistarū uerbis possit esse notissima. Si uero ergo diuersis sermonū dñi locis commotus p̄tris singillatim te renuntiauerit p̄sumptionem suam & ter ei dñs suam negationem p̄dixerit sicut probabiliter indicatur. Si uero aliquo narrandi ordine possint omnium euangelistarum commemorationes in unum redigi. Quibus demonstratur semel dñm p̄dixisse se p̄tro p̄sumenti quod eum negaturus esset. nulla hic euangelistarum repugnantia deprehendi poterit sicut nulla ē.

**III. NUNC UERO QUANTUM POSSUMUS IPSUM EX OMNIB; ORDINE IAM SEQUAMUR CUM ITAQ; SECUNDUM IOHAN. SEM. <sup>hoc</sup> PETRO PREDICTUM ESSET.**

Sequitur idem iohannes & conserit dñi sermonem dicentis. Non turbetur cor uestrum creditis in dñm. Et in me credite.

in domo patris mei mansiones multae sunt & cetera sermo  
 nis eius preclara. Maximeq; sublimia diu narrat donec contem  
 tum ueniat ad illum locum ubi ait dñs. Pater iuste mundis  
 mundat te non cognouit ego autē te cognoui. & hi cognoue  
 runt quia tu memisisti. & notū est feci nomen tuum in & no  
 tum faciam ut dilectio qua dilexisti me in ipsis sit & ego in  
 ipsis. Cum autem facta esset contentio inter eos quis eorū  
 uideretur esse maior. Sicut lucas cōmemorat dixit eis.  
 Reges gentium dominantur eorū & qui potestatem habent sup  
 eos benefici uocantur. Uos autem non sic. Sed qui maior  
 est in uobis. fiat sicut iunior. Et qui p̄cessor ē. sicut mi  
 nistrator. Nam quis maior ē. qui recumbit an qui ministrat.  
 Nonne qui recumbit. Ego autem in medio uestrum sum sicut  
 qui ministrat. uos autem estis qui per mansistis mecum in tribu  
 lationib; meis. Et ego dispono uobis sicut disposuit mihi  
 pater meus regnum ut edatis & bibatis super mensam meam  
 in regno & sedatis super thronos iudicantes duodecim trib; isrl.  
 Ait autem dñs simoni sicut lucas ipse subiungit. Ecce satanas  
 exp̄diuit uos ut cribretis sicut triticū. Ego autem rogaui pro  
 te ne deficiat fides tua & tu aliquando conuersus confirma  
 frater tuos qui dixit ei. Dñe tecum perieram sum & in carcerem  
 & in mortem ire. Et ille dixit. Dico tibi p̄re non cantabit  
 hodie gallus donec ter abneget nosse me. & dixit eis. Quando  
 misi uos sine sacculo & pera & calciamentis. Numquid  
 aliquid defuit uobis. At illi dixerunt nihil. Dixit ergo. sed  
 nunc qui habet sacculum tollat similiter & peram. Et qui  
 non habet uendat tunicam suam & emat gladium.



Dico enim uobis qm̄ adhuc hoc quod scriptum ē. oportet  
impleri in me. Et quod cum iniustus deputatus ē. &  
enim ea quae sunt de me finem habent. At illi dixerunt.  
Dñe sunt duo gladii hic. At ille dixit eis: Satis ē. Et in no  
dicto sicut mattheus marcusq; commemorant. exierunt  
in montē oliuē. Tunc dicit illis ih̄s. Omnes uos scen  
dalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum ē enim.  
p̄cutiam pastorem & dispergentur oues gregis. Post quā  
autem resurrexero. p̄cedam uos in galileam. Respondens  
autem p̄trus. ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint  
in te. ego numquā scandalizabor. ait illi ih̄s. Amen dico  
tibi quia in hac nocte. antequā gallus cantet. ter me nega  
bis. ait illi p̄trus. Etiam si oportuerit memori tecum non  
tenebo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. haec  
secundum mattheum in seruius. sed & marci p̄ene ip̄s  
totidem uerba sunt. Nisi quia distat illud quod de galli cantu  
tam sup̄re nodauimus. contextit <sup>gōm</sup>errationem mattheus & dicit.

**iii. Tunc uenit ih̄s cū illis in uillā quaedam  
q̄th <sup>amarcus</sup>semani hoc dicit. hoc est iudeus non ex  
presse nominatio praedicti cū illis.**

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem oliuarū.  
Secuti sunt autem <sup>illū</sup>& discipuli & cum peruenerit & ad locum.  
dixit illis. Orate ne in tr̄is in temptationem. iste locus ē.  
cuius nomen illi dixerunt ḡthsemani ibi fuit se intellegim̄  
hostium quem commemorat iohannes. Ita narrat. Haec  
cum dixit & ih̄s egressus ē. cum discipulis suis trans turren  
tem caedron ubi erat hostis in quē introiit ip̄s & discipuli ei.

Deinde secundum mattheum dixit discipulis. Sed & hic. donec uadam illuc & orem. Et adsumpto p&ro & duob; filiis zebedei. coepit contristari & inestus esse. Tunc ait illis. Tristis e. anima mea usq; ad mortem. Sustin&e hic. & uigilate mecum. Et progressus pusillu. procidit in faciem suam orans & dicens. Pater. si possibile e. transeat a me calix iste. Uerum tamen. non sicut ego uolo. sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos & inuenit eos dormientes. & dicit p&ro sic. Non potuistis una hora uigilare mecum? Uigilate & orate ut non intr&is in temptationem. Sp̄s quidem p̄ceptus e. caro autem infirma. Iteru secundo abiit & orauit dicens. Pater mi. si non potest hic calix transire nisi bibam illum fiat uoluntas tua.

Et uenit iterum & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauari. Et relictis illis. iterum abiit & orauit testio eundem sermonem dicens. Tunc uenit ad discipulos suos & dicit illis. Dormite iam & requiescite. Ecce adpropinquabit hora. & filius hominis trad&ur in manus peccatorum. Surgite eamus. ecce adpropinquabit qui me trad&. Haec iam marcus eoq; prorsus eomodo atq; eo ordine conserit. aliquo uero breuius quasdam constringens sententias & aliquid magis aperiens. Nam uid&ur hic sermo secundum mattheu tamquam sibi ipsi contrarius quod post testiam orationem uenit ad discipulos suos. & dicit illis. Dormite iam & requiescite. Ecce adpropinquabit hora & filius hominis trad&ur

In manus peccatorum. Surgite eamus ecce adpropinquabit qui me tradet. Quomodo enim supra dormite iam & requiescite cum conecit. ecce adpropinquabit hora. & ideo dicat surgite eamus. quia uelut repugnantia commoti qui legunt conantur. Ita pronuntiare quod dictum est. Dormite iam & requiescite. tanquam ab improbitate non a permittente sit dictum. quod recte fieret si esset necesse. Cum ergo marcus ita hoc commemorauerit ut cum dixisset. dormite iam & requiescite adiungeret sufficit. & inde inferret uenit hora. Ecce tradetur filius hominis utique intellegitur. post illud quod eis dictum est. Dormite & requiescite filius se dominus aliquantum ut hoc fieret quod promiserat. & tunc intulisse. Ecce adpropinquabit hora. Ideo post illa uerba secundum marcum positum est. Sufficit id est. quod requieuitis. iam sufficit. Sed quia commemorata non est ipsa interpositio silentii domini. Propterea constat intellectum. ut in illis uerbis alia pronuntiatio requiratur.

**L**ucas autem praetermisit quotiens orauerit. dixit. Sane quod isti tacuerunt & orantem ab angelo confortatum. & prolixius orantis sudorem fuisse sanguineum & guttas decurrentes in terram. Cum ergo dicit. & cum surrexisset ab oratione & uenisset ad discipulos suos non expressit quod a oratione. in nihilo tamen illis duobus repugnat. Iohannes uero postea quam in hostium ingressus sum dicit cum discipulis suis non commemorat quid illic egerit. donec eius traditor cum iudeis ad eum comprehendendum uenisset.

114  
T rā igitur isti eandem rem ita narrauerunt. sicuti & iā  
unus homo ter possit. cum aliquanta uarietate. Nulla  
tamen aduersitate. lucas enim quantum ab eis progressis  
idē auulsus fuerit ut orare. Manifestius aperuit dicens  
quantū iactus ē. lapidis. Porro autem marcus primo  
ex uerbis suis idem narrauit. rogat se dñm. ut si fieri  
possit & transiret ab eo illa hora idē passionis. quam calicis  
nomine mox significauit. Deinde uerba ipsa dñi sic  
enuntiavit abba pater. Omnia tibi possibilia sunt  
transfer calicem hunc a me. Quib; uerbis adiungat quod  
illi duo dixerunt. & quod ipse & iā marcus ex persona sua  
pariter supra posuit. Ita sententia manifestatur. Pater  
si fieri potest. omnia enim tibi possibilia sunt. transfer  
calicem istum a me. ne quis eum putare patris minuisse  
potestatem cum ait. si fieri potest. non enim dixit.  
si facere poter. sed si fieri potest. Fieri autem potest.  
quo ille uoluerit. sic itaq; dictum ē. Si fieri potest. & si  
diceretur si uis. Manifestabit enim marcus quo intellectu  
accipiendum sit si fieri potest. quando ait. Omnia tibi  
possibilia sunt & quod commemorauerunt eum dixisse.  
uerū non quod ego uolo. sed quod tu. Tantundem  
ualet quantū si & ita dicatur. Uerum tamen. non  
mea uoluntas sed tua fiat. Satis ostendit non ex in  
possibilitate sed ex uoluntate patris dictum esse si  
fieri potest. praesertim quia lucas & hoc ipsū planius  
intimauit. non enim ait si fieri potest sed si uis. Cui  
a pestiori sententiae a pestius iungitur. quod marcus

posuit ut ita dicatur suis. Omnia enim tibi possibilia sunt. transfer a me calicem istum. Quod autem ipse marcus non solum pater. sed abba pereum dixisse commemorat. Hoc est abba ebraicæ quod est latine pater.

Et fortasse dominus propter aliquod sacramentum utrumque dixerit uolens ostendere illam se tristitiam in persona sui corporis. id ecclesie suscepisse. cui factus est angularis lapis uenientibus ad eum. partim ex hebreis ad quos pertinet quod ait abba partim ex gentibus ad quos pertinet quod ait pater. Etiam paulus apostolus non premitur hoc sacramentum. In quo clamamus inquit abba pater. Et iterum ait. Misit dominus spiritum suum in corda nostra. clamantem abba patrem. Oportuit enim ut bonus magister & uerus saluator in firmioribus; compatiens in se ipso demonstraret. Non debere suos discipulos desperare: si qua forte cordibus eorum in reperienda sub tempore passionis ex humana fragilitate tristitia cum ea uincerent uoluntatis suae proponendo uoluntatem dei quia ille scit quid expediat quibus; consulit de qua totare. Non nunc tempus est. ut uberius differatur. Agitur enim modo de conuenientia euangelistarum. In quorum diuersitate uerborum salubriter discimus. Non aliud in uerbis ad audiendam ueritatem quam sententiam loquentis esse requirendam. Hoc est enim patrem quod abba patrem. sed ad sacramentum intimandum planius est abba pater. ad unitatem significandam sufficit pater. & dominum quidem abba pater dixisse credendum est. sed tam non lucet sententia nisi aliis dicentibus; pater demonstratur. Sic esse illas duas ecclesias ex iudeis & grecis. ut etiam unum sit.

Ex illo ergo intellectu dictum ē. abba pater. quod idem dñr  
 alibi ait. Habeo alias oues quae non sunt ex hoc ouiligen  
 ter utiq; significans. cum haberet oues & iā in populo isrl.  
 sed quia secutus adiecit. O postea me & eas adducere. ut sit  
 unus grex & unus pastor. Quantum ualē ad israhelitas & gen  
 tes. abba pater. tantū ad unū gregem solum pater.

**v AD HUC ERGO IPSE LOQUENTE SICUT DICIT MATTHEUS.**

Ecce iudas unus ex duodecim uenit & cum eo turbamulta  
 cum gladiis & fustib; missi a principib; sacerdotum &  
 senioribus populi. Qui autem tradidit eum. dedit illis  
 signum dicens. Quem cum osculatus fuero. ipse ē tenete eū.  
 Et confestim accedens ad ih̄m dixit. haue tabbi. Et oscu  
 latus ē. eum. Dixit q; illi primo. quod ait lucas. iuda  
 osculo filium hominis traderet. deinde quod mattheus.  
 ad quod uenisti amice. deinde dixit. Quod iohannes  
 commemorat. quid quaeritis. responderunt ei. ih̄m naz  
 arenū. Dicit ei ih̄s ego sum. Stabat autem & iudas qui  
 tradebat eum cum ipsis. Ut ergo dixit eis ego sum. abi  
 erunt retrorsū & ceciderunt in terram. Iterum ergo  
 eos interrogauit. quem quaeritis. illi autem dixerunt.  
 ih̄m nazarenū. Respondit ih̄s dixi uobis. quia ego sum.  
 S iterum me quaeritis. sinite hos abire ut impleatur sermo  
 quem dixit. Quia quos dedisti mihi non perdidit ex ipsis  
 quemquā. Uidenter autem sicut lucas dicit. hi qui circa  
 ipsum erant quod futurū erat dixerunt ei. Dñe si percuti  
 mur in gladio. Et percussus sit unus ex ipsis quod omnes  
 quattuor dicunt seruum principis sacerdotū. & amputauit

auriculam eius sicut lucas & iohannes dicunt dextram.  
Qui autem percussit secundum iohannem percussit quem  
percussit autem. malchus uocabatur. Deinde quod lucas  
dicit. Respondit ihs ait. Sinite usque huc. Et adiunxit  
s quod mattheus commemorat. Conuerte gladium tuum in  
s locum suum. Omnis enim qui acciperint gladium. gladio  
s peribunt. An putas quia non potui rogare patrem meum  
s & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legioner  
angelorum. quomodo ergo implebuntur scripturae quia sic  
oportet fieri. his uerbis adiungi potest quod illum eo loco  
dixisse iohannes commemorat. Calicem quem dedit mihi  
pater. non bibam illum. Tunc sicut dicit lucas. tigit  
auriculam illius qui percussit <sup>us</sup> & traxit eum. Nec moueat  
quasi contrarium sit quod lucas. dixit. Interrogantibus  
discipulis si percuterent in gladio dominum respondisse. sinite  
usque huc quasi post illam percussione ita dictum fuerit  
ut placuerit eiusque huc factum. sed amplius fieri noluerit.  
Cum in uerbis quae mattheus posuit intellegatur potius  
totum factum quod usque huc. gladio percussit domino displicuisse.  
Illud enim uerum est. quod cum eum interrogassent  
dicentes. Domine si percutimus in gladio. Tunc respondit.  
sinite usque huc. Idem non uos moueat quod futurum est.  
permittendi sunt hucusque progredi. Hoc est. ut me ad  
prehendant & impleantur quaedam scripta sunt.  
sed inter moras uerborum interroganti dominum & illius  
respondentis percussit defensionis auditate & maiore  
per domino commotione percussit. sed non potuerunt

tpsondi

& iam simul dici quae simul fieri potuerunt non enim dicere.

**R**espondens autem ihs. **N**isi illorum Interrogationi responderet non factu p&ri. Nam de facto p&ri quid iudicauerit mattheus solus dicit. ubi &ia non dixit mattheus. Respondit ihs p&ro.

**C**onueſte gladiu tuum ſed dixit. Tunc ait illi ihs. conueſte gladiu tuum quod poſt factum appar& dixiſſe dnm. illud uero quod lucas poſuit. Respondens autem ihs ait. Sinite uſq; huc. illis autem qui Interrogauerant reſponſu ee accipiendum. e ſed quia ut diximus Inter uerba Interrogantiu & reſpondentis dñi facta e. uno icu percuffio hoc ordine iudicauit eſſe narrandum. ut &ia Inter uerba Interrogationis & reſponſionis. Inſerer&. Non e ergo contrariu hoc ei quod dixit mattheus. Omnis enim qui acceperint gladium. gladio peribunt. Id. e. qui uſi fuerint gladio. uideri autem poſſ& contrarium. Si dñr ex illa reſponſione ſaltim uſq; ad unum. nec ipſum l&ale uulnſ ipſum tamen gladii ſpontaneum ad probaſſe demonſtrar&. Quam quam &ia p&ro dictum totum congruenti Intellegi poſſit ut ſic conectatur & quod lucas & quod matthi r&ulit quem admodum ſupre commemoſaui. ſinite uſq; huc. Et conueſte gladium In locum ſuum. Omnis enim qui acceperint gladium gladio peribunt. & c&era. Quomodo autem ſit Intellegendu ſinite uſq; huc iam expoſui & ſi aliter melius poteſt ita ſit. Dum tamen euangelistaru ueritas conſt&.

**P**oſtea ſequitur mattheus & commemorat. Cum In illa hora dixiſſ& turbis. Tam quaſi ad latronem exiſtis cum gladius & ſuſtib; conphendere me. Cotidie apud uos ſedebam docens



In templo & non me tenuistis. Tunc addidit & iam uerba quae lucas ponit. sed haec <sup>est</sup> hora uestra & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factū ē. ~~Et sic~~ sicut mattheus dicit ut implerentur scripturae proph<sup>et</sup>arū. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. Sicut & marcus dicit. Sequebatur autem illum unus adolescens amictus sindonem sicut idem marcus commemorat. Et cum tenuissent eum reiecta sindone nudus profugit ab eis.

**VI. AD ILLI TENENTES IH<sup>ES</sup>UM DUXER<sup>UNT</sup> AD CAIPHAS PRINCIPEM SACERDOT<sup>UM</sup> UBISCRIBAE ET PHARISAEI CONUERANT Sicut MATTH<sup>AEUS</sup> DICIT. SED PRIMO AD ANNAM DUCTVS ē. SOCERVM CAIPHAE. Sicut IOHANNES DICIT.**

Marcus autem & lucas nomen non dicunt pontificis. ductus ē autem ligatus cum adessent in illa turba tribunus & cohort & ministri iudaeorū sicut iohannes commemorat.

**P**etrus autem sequebatur eum a longe usque in atrium principis sacerdotū & ingressus intro sedebat cum ministris ut uideret finem. Sicut dicit mattheus & calefaciebat se ad ignem. sicut in eo loco narrationis dicit marcus. hoc & lucas commemorat. Quod petrus sequebat<sup>ur</sup> a longe. accenso autem igne in medio atrio & circū sedentibus illis erat petrus in medio eorum<sup>7</sup> & iohannes dicit. qd sequebat<sup>ur</sup> simon petrus & alius discipulus. Discipulus autem ille alius erat notus pontifici & introiit cum ihū in atrium pontificis sicut iohā dicit. Petrus autem stabat ad hostium foras. secundum eundem iohannem. Exit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici & dixit ostiariae & introduxit petrum.

Sicut idem iohannes dicit. sic enim factū ē. ut intus & p̄ter  
 In atriō sicut & alii dicunt. Princeps autem sacerdotū & omne  
 concilium sicut mattheus dicit. querebant falsū testimoniū  
 contra ih̄m. ut eum morti traderent & non inuenerunt.

Cum multi falsi testes accessissent. conuenientia enim testimonia  
 non erant. Sicut marcus dicit. cum eundem locū cōmemorare.

Novissime autem uenerunt duo falsi testes sicut dicit mattheus  
 & dixerunt. hic dixit. possum destruere templū dī & post  
 triduum aedificare illud. Alios & iam marcus commemorat  
 dixisse. nos audiuimus eum dicentem. Ego dissoluam templū  
 hoc manufactum & per <sup>triduum</sup> aliud non manu factum aedificabo.

& ideo non erat conueniens testimoniū illorum. Sicut idem  
 marcus ibidem dicit. Et surgens princeps sacerdotum. ait  
 illi. Nihil respondēs ad ea quae isti aduersū te testificantur.

ih̄s autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuro  
 te per dñm uiuum ut dicas nobis si tu es xp̄s filius dī. dicit

illi ih̄s. tu dixisti. Haec mattheus. marcus autem eadem aliter

uerbis dicit. Nisi quod taceat quod eum adiurauerit princeps  
 sacerdotū. sed tantū uacillare ostendit. quod ei dicit ih̄s. tu

dixisti. Quam tū si diceret ego sum. sequitur enim & ait

idem marcus. Ih̄s autem dicit illi. ego sum. Et uidetur filiū  
 hominis ad dextris sedentem uisurū & uenientē cū nubib;

caeli. hoc dicit & iam mattheus. sed non dicit respondisse

ih̄m. ego sum. Tunc princeps sacerdotū scidit uestimēta

sua dicens. Blasphemauit. Quid adhuc egemus testib;

quod mattheus commemorat & sequitur. Ecce nunc

audistis blasphemiam. quid uobis uidetur. At illi

respondentes dixerunt. Reus est. moyses. Hoc etiam testatur  
& marcus. & sequitur mattheus. Tunc expuerunt in faciem  
eius & colaphis eum cederunt. Alii autem palmas in faciem  
ei dederunt dicentes. proph&izate nobis xpe. quis est. qui te  
percussit. Hoc dicit & marcus commemorat etiam quod ei  
faciem uelauerunt. De his lucas quoque ad testatur. haec  
intellegitur passus dñs usque ad mane in domo principis  
sacerdotum. quo prius adductus est. ubi etiam p&tri temptatus est.  
sed <sup>de</sup> p&tri temptatione quae inter has dñi contumelias  
facta est. non eodem ordine omnes narrant. Nam ipse  
primo commemorat mattheus & marcus. Deinde p&tri  
temptationem lucas uero explicat. prius temptationem p&tri.  
Tum demum has dñi contumelias. Johannes autem incipit p&tri  
temptationem dicere. & inponit quaedam de contumeliis  
dñi. & adiungit quod inde missus est. ad caiphan pontificem.  
& inde recapitulat ut explicet quam coeperat temptationem  
p&tri in domo quo primo adductus est. & redit ad ordinem  
ubi ostendit quemadmodum ductus sit dñs ad caiphan.  
Sic ergo mattheus sequitur. p&tri uero sedebat foris in atrio.  
& accessit ad eum una ancilla dicens. & tu cum ihu galileo  
eras. At ille negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis.  
Exeunte autem illo ianuam uidit eum alia & ait his qui erant  
ibi & hic erat cum ihu nazareno. Et iterum negauit cum  
iuramento quia non noui hominem. & post pusillum accer  
serunt qui stabant & dixerunt p&tri. Uere tu ex illis es  
nam & loquella tua manifestum te facit. Tunc coepit  
d&stari & iurare quia non nouisset hominem. & continuo

gallus cantauit. Haec dicit mattheus. Intellegitur autem quod  
postea quam exiit foras cum iam semel negasset & gallus cantauit.  
Primum quod mattheus tacet. & marcus dicit. Non autem foras  
ante ianuam iterum negauit. sed cum redisset ad focum. quan-  
do autem redierit. non opus erat commemorare. Marcus ergo  
sic illud narrat. Et exiit foras ante atrium. & gallus cantauit.  
Rursum autem cum uidisset illum ancilla. coepit dicere  
circumstantibus. quia ex illis est. At ille iterum negauit. Haec  
uero ancilla non eadem. sed alia est. Sicut dicit mattheus.  
Sane hoc quoque intellegitur. quia in secunda negatione ad duobus  
compellatur. est. & ab ancilla scilicet quam commemorat mattheus  
marcus & ab alio quem commemorat lucas. Sic enim hoc  
narrat lucas. Petrus uero sequebatur a longe. Accenso autem igne  
in medio atrio & circumstantibus illis. Erat petrus in medio eorum.  
Quem cum uidisset ancilla quaedam sedentem ad lumen & eum  
fuisse intuita dixit. Et hic cum illo erat. At ille negauit eum  
dicens. mulier non noui illum. Et post paululum alius uidens  
eum dixit. & tu de illis es. Hoc ergo quod lucas ait. & post pu-  
sillum iam egressus erat petrus ianuam. & primus gallus  
cantaueerat iam que redierat. ut quemadmodum dicit iohannem  
ad focum stans iterum negasset. Iohannes enim in prima  
negatione petri. non solum de primo gallicantu tacet sicut  
& ceteri excepto marco. sed etiam quod sedentem ad ignem cogno-  
uit ancilla. non commemorat. Hoc enim tantum ait.  
Dicit ergo petro ancilla ostiaria. Numquid ergo & tu disci-  
pulus es hominis istius. dicit ille. Non sum. Deinde Inter-  
ponit quae gestae sunt cum ihesu in eadem domo. quae commemo-

randa arbitratus est. Ita narrans. Stabant autem & ministri  
 ad prunas quia frigus erat. & calefaciebant. Erat autem  
 cum eis & petrus stans & calefaciens se. Hic ergo intellegit  
 iam exisse foras petrum. & redisse. Primo enim sedebat  
 ad ignem. postea iam rediens stare coeperat. Sed forte ait  
 aliquis. nondum exierat. Surrexerat autem exiturus. hoc  
 potest dicere qui putat foris ante ianuam secundo interroga-  
 tum negasse. Uideamus ergo iohannis sequentia. Ponti-  
 fex ergo inquit interrogauit ihm de discipulis suis & de doc-  
 trina eius. Respondit ei ihs. ego palam locutus sum mundo.  
 ego semper docui in synagoga & in templo. quo omnes iudei  
 conueniunt. & in occulto locutus sum nihil. quid me interro-  
 gas? Interroga eos qui audierunt. quid locutus sum ipsis.  
 Ecce sciunt quae dixerim ego. haec autem cum dixisset &  
 unus adstantis ministrorum. dedit alapicem ihu dicens.  
 Sic responde <sup>ponder.</sup> pontifici? Respondit ei ihs. Si male locutus sum.  
 testimonium perhibe de malo. Si autem bene. quid me cedis?  
 Et misit eum annas ad caipham pontificem ligatum. Hic  
 scene ostenditur quod annas pontifex erat. Nondum enim  
 missus erat ad caipham. cum iam illi diceretur. sic respon-  
 des pontifici. & hoc duos annam & caipham pontifices  
 commemorat & iam lucas initio euangelii sui. his dictis.  
 iohannes redit ad quod coeperat de negatione petri. Idem  
 in eadem domo ubi gestasunt quae narrauit. Et cum  
 ad caipham missus est. ihs ad quem ab initio ducebatur  
 sicut dixit mattheus. Commemorauit autem ista  
 iohannes quae interposuit. Recapitulans de petro. & ad eam

narrationem rediens ita dicit. ut compleat trinam negationē.

Erāt autem simon p&rus stans & cale faciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid & tu ex discipulis eius es. Negavit ille & dixit. Non sum. Hoc igitur loco inuenimus. & non ante ianuā. sed ad focum stantem. secundam negat se. p&rum quod fieri non possit. nisi iam redisset. Postea quam foras exierat. & foris eum uidit altera ancilla. sed cū exiret eum uidit. Idē cum surgeret ut exiret animad uertit eam. & dixit his qui erant ibi. Idē. qui simul erant ad ignem intus in atrio. Et hic erat cum ihū nazareno.

Ille autem qui foras exierat. hoc audito. rediens iurauit illis contra nitentibus quia non nouit hominem. Nam & marcus sic ait de eadem ancilla. Et coepit dicere circū stantibus quia hic ex illis ē. Dicebat enim. non illi. sed his qui illo exeunte ibi remanserant. sic tamē ut ille audiret. Unde rediens & rursus ad ignem stans resistebat negando uerbis eorum.

Deinde in eo quod iohannes ait dixerunt. Numquid & tu ex discipulis eius es. quod redeunti & stanti dictum intellegimus. Hoc quoque confirmatū. non illā tantū alterā ancillam. quam commemorat in hac secunda negatione mattheus & marcus. sed alium quem commemorat lucas cum p&ro id egisse. unde iohannes dicit. Dixerunt ergo ei. quapropter siue postea quam illo exeunte dixit ancilla his qui secum erant in atrio. quia hic ex illis ē. Hoc audito. ille regressus ē. ut se quasi purgaret negando. Siue quod ē. credibilis non audiuit quid de illo dictū fuerit. cum foras exiret & postea quam rediit. Dixerunt ei ancilla & ille alius

quem lucas commemorat. Numquid & tu ex discipulis eius es?  
Et dixit. Non sum. Pestinxiur Insiſtente illo. de quo lucas ait.  
Atq; dicente. Et tu de illis es. Cui p&rus ait. O homo.  
Non sum. Liquido tamen collegitur conlatiſ de hac re omni-  
euangelistarū testimoniis. non ante ianuam secundo p&ri  
negat se. sed intus in atrio ad ignem. mattheū autem & marcū  
qui cōmemorauerunt exiſſe eum foras. regressū eius bre-  
uitatis causa tacuisse. Nunc iam de tertia negatione In-  
spiciamus eorū congruentiā. quam mattheū solū iam ex-  
plicat se meminimus. Sequitur ergo marcus & dicit.  
Et post pusillū qui adstabant. dicebant p&ro. Vere & tu  
ex illis es. Nam & galileus es. Ille autem coepit anathematizare  
& iurare quia nescio hominem istum quem dicitis. Et sta-  
tim gallus cantauit. Iterum. Lucas autem ita sequitur.  
Hoc idem narrans. & interuallo facto quasi horae unius  
alius quidem adfirmabat dicens. Vere & hic cū illo erat.  
Nam & galileus ē. ait p&rus. Homo nescio quid dicis.  
Et continuo adhuc illo loquente. cantauit gallus. Johān  
secutus de tertia negatione ita explicauit. Dicit unus  
ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit p&rus  
auriculā. Nonne ego te uidi in hostio cū illo. Iterum ergo  
negauit p&rus. & statim gallus cantauit. Quod igitur  
mattheus & marcus dicunt post pusillum quantū est &  
hoc temporis. manifestat lucas dicendo. & interuallo facto  
quasi horae unius. De hoc autem interuallo tacet iohannes.  
Item quod mattheus & marcus. non singulari sed plurali  
numero enuntiant eos quicum p&ro agebant.

120  
Cum lucas unum dicat. iohannes quoque unum. Eumque cognatum  
eius cuius abscidit petrus auriculam. facile est intellegere  
aut pluralem numerum pro singulari usitata locutione  
usurpasse. mattheum & marcum aut quod unus maxime  
tamquam sciens & qui eum uiderat adfirmabat. Ceteri  
autem secuti eius fidem petrum simul arguebant. Unde duos  
euangelistas conpendio pluralem numerum posuisse. Alios  
autem duos eum solum significare uoluisse. qui principalis  
in hoc erat. Jam uero illud quod mattheus ipse petro dictum  
fuisse adserit. Uere & tu ex illis es. & loquella tua mani  
festum te facit. Sicut iohannes eidem petro dictum adserit.  
nonne ego te uidi in hosto cum illo. Marcus autem inter  
se illos de petro locutor dicit. Uere ex illis est. Nam & galileus  
est. <sup>sic & lucas</sup> non petro sed de petro dicit. Alius quidem adfirmat  
dicens. Uere & hic cum illo erat. Nam & galileus est. Aut  
sententiam intellegimus tenuisse eos. qui conpellatum  
dicunt petrum. Tantundem enim ualuit. quod de illo  
coram illo dicebatur. quantum si illi diceretur. aut  
utroque modo actum est. & alios illum alios alium modo com  
memorasse. Galli autem cantum post tertiam negationem  
secundum intellegimus. sicut marcus expressit. Sequitur  
ergo mattheus ita dicens. Et recordatur est. petrus  
uerbi ihesu quod dixerat. prius quam gallus cantet. ter.  
me negabis. Et egressus foras. fleuit amare. Marcus  
autem ita dicit. Recordatur est. petrus uerbi quod  
dixerat ei ihesus. Prius quam gallus cantet. bis. ter. me  
negabis. & coepit flere. Lucas autem sic ait. Et con



uerrur dñr respexit p&rum. & recordatur. ē. p&rus uerbi  
dñi sicut dixit prius quam gallus cant& ter me negabis.  
& egressus foras p&rus. fleuit amare. Iohannes de reco  
datione & fl&u tac&. Sane in eo quod ait lucas. quod  
conuersus dñr respexit p&rū. Quomodo accipiendū  
sit diligentur considerandum. ē. quamuis enim dicitur  
& iam interiora atria. Tamen in exteriori atrio fuit  
p&rus inter seruos. qui simul se ad ignem calefaciebant.  
Nō ē. autem credibile quod ibi audiebatur dñr aiudeis  
ut corporalis fier& illa respectio. Nam quē cum dixisset  
mattheus tunc exuerunt in faciem eius & colaphis eum  
coederunt. Alii autem palmas in faciem ei dederunt  
dicentes. proph&izae nobis xpe. quis ē qui percussit.  
Secutus. ē. dicens. P&rus uero sedebat foris in atrio. quod  
non dicer& nisi illa cum dño intus agerentur. Et quantū  
colligitur in narratione marci. non solum interioribus  
sed & in superioribus domus agebantur. Nam postea  
quam marcus talia narrauit secutus ait. Et cum e&  
p&rus in atrio deorsum. sicut ergo eo quod mattheus  
ait. P&rus uero sedebat foris in atrio. ostendit quod  
illa intus agerentur. Sic eo quod dixit marcus & cum  
er& p&rus in atrio deorsū ostendit non solū in interi  
oribus sed & in superioribus gesta quae dixerat.  
Quomodo ergo respexit p&rū dñr facie corporali.  
Quapropter mihi uid&ur illa respectio diuinitus facta.  
ut ei uenir& in mentē quotiens iam negar& & quid  
ei dñr p̄ dixisset atq; ita misericorditer dño respiciēte

pleniter & eum . & salubriter flet & . sicut cotidie dicimus .

Dñe respice me . Et respexit eum dñs quide aliquo periculo uel labore diuina misericordia liberatus . ē . Et sicut dictū ē . Respice & exaudime & conuertere dñe libera animā meā .

Ita dictum arbitror conuersus dñs respexit p&rum . & recordatus . ē . p&rus uerbi dñi . Deniq; cum frequentius soleant in narrationib; suis ponere ih̄m quam dñm . Quomodo lucas dñm posuit dicens . Conuersus dñs . respexit p&rū . & recordatus . ē . p&rus uerbi dñi . Mattheus autem & marcus qui de ista responsione tacuerunt . non uerbi dñi . sed uerbi ih̄u eum recordatū esse dixerunt . ut & iam ex hoc intellegamus illā respectiōnem a ih̄u . non humanis oculis . sed diuinitus factam . Sequitur ergo mattheus & dicit .

**VII. MANE AUTĒ FACTO . CONSILIŪ INIERUNT OMNES PRINCIPES SACERDOTŪ ET SENIORES POPALI AD UERSUS IH̄M . UT EŪ MORTI IRADERENT .**

Et uinctum adduxerunt eum . & tradiderunt pontio pilato presidi . Marcus similiter . & confestum mane inquit consilium facientes summi sacerdotes cum seniorib; & scribis & unũ uerso concilio uincienter ih̄m duxerunt & tradiderunt pilato . Lucas autē postea quam cōpleuit narrando p&ri negationem recapitulauit quae cum dño gestasunt . tam ut appar& circa mane atq; <sup>ta</sup> contexit narrationē . Et uiri qui tenebant illū inludebant <sup>et</sup> illum cedentes & uelauerunt eum & pcutiebant faciem eius & interrogabant eum dicentes . proph&za quis ē . qui te percussit . Et alia multa blasphemantes dicebant in eum & ut factus . ē . dies

conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribae  
& duxerunt illum in concilium suum dicentes. Si tu es x̄p̄s.  
dico nobis. Et ait illis. Si uobis dixerō. non creditis mihi.  
Si autem & interrogauerō. non respondētis mihi neq; dimittetis.  
Ex hoc autem erit filius hominis sedens ad dextris uisus dei.  
Dixerunt autem omnes. Tu ergo es filius dei. qui ait. Uos  
dicitis quia eorum. At illi dixerunt. Quid adhuc deside-  
ramus testimoniū. ipsi enim audiuiimus de ore eius. Et sur-  
gens om̄s multitudo eorum. duxerunt illum ad pilatum.  
Haec omnia narrauit lucas. ubi intellegitur quod & iā matth̄  
& marcus narrauerunt quod interrogatus sit dñs utrum  
ipse esset filius dei. & quod dixerunt. dico uobis. A modo  
uidebitis filium hominis sedentem ad dextris uisus &  
uenientem in nubibus caeli. Item lucascente die gestū quando  
lucas dicit. Et ut factus ē. dies atq; ita narrat similia.  
& si quid & iā ipse commemorat quod illi tacuerunt. Nocte  
autem intellegimus p̄ falsos testes actum ēē cum dño quod  
breuiter commemorauerunt mattheus & marcus. Lucas  
tacuit qui enarrauit quae circa mane sunt gesta. Nam  
& illi idē mattheus & marcus contexuerunt narrationem  
in his quae cū dño acta sunt usq; ad mane. sed postea  
redierunt ad narrandum p̄ & r̄i negationem. qua termina-  
ta redierunt ad mane. ut <sup>in</sup> de cetera contexerent quo usq;  
perducerent quae cum dño acta erant. sed nondum  
commemorauerant quod mane factum esset. Iohannes  
quoq; cum ea quae cum dño gesta sunt. ex quarta parte  
uisum ē. & p̄ & r̄i negatione totam commemorasset.

Adducunt ergo inquit ihm adcaiphan Inptoriorum. Erat  
 autem mane ut intellegimus aut aliquam fuisse causam  
 quae coegerit caiphan esse inptorio. Necesse presentem  
 cum alii principes sacerdotum haberent dedno quaestionem  
 aut in domo eius fuisse ptorium. tamen ad ipsum ab initio  
 ducebatur ad quem in extremo perductus. sed quia iam ta  
 quom conuictum reum adducebant. Caiphae autem iam  
 antea uisum fuerat. ut ihr moreretur. Nulla mora inter  
 posita e. quin occidendus pilato traderetur. Quae igitur  
 p pilatum cum dno gestasunt. ita mattheus narrat ac pri  
 mum excucurrit inde. ut commemoraret exitum iudae  
 traditoris quem solus narrauit. ita dicens. Tunc uidens  
 iudas qui eum tradidit quia damnatus esset. paenitentia  
 ductus reulit triginta argenteos principibus sacerdotu  
 & seniorib; dicens. Peccavi. tradens sanguinem iustum.  
 At illi dixerunt. Quid ad nos. tu uideris. Et proiectis argen  
 teis in templo recessit. & abiens laqueo se suspendit. Prin  
 cipes autem sacerdotum acceptis argenteis dixerunt. Non  
 licet eos mittere in corbanam quia ptiuum scinguinis e.  
 Consilio autem accepto emerunt agrum figuly in sepultura  
 peregrinoru propter hoc uocatus e. ager ille acheldemac  
 id est ager scinguinis usq; in hodiernu diem. Tunc im  
 plum est quod dictum e. per hieremia propheticam dicen  
 tem. Et acceperunt triginta argenteos ptiuum ptiatis  
 quem ad ptiauerunt filii isrl & dederunt eos in agrum  
 figuly sicut constituit mihi dnr. Siquis autem mouetur  
 quod hoc testimoniū non inuenitur In scriptura hieremie pphie.

& ideo putat fidei euangelistae aliquid derogandum. primo  
 nouerit non om̄s codices euangelorū habere quod p̄ hierē-  
 miam dictum sit. sed tantum modo per p̄ph&am. Possu-  
 mus ergo dicere his potius codicib; esse credendam qui  
 hieremiae nomen non habent. Dictum ē enim hoc  
 per p̄ph&ā sed zachariam. unde putatur codices eē  
 mendosos. qui habent nomen hieremiae quia uel zeccha-  
 riae habere debuerunt. uel nullius sicut quidam. Sed tam̄  
 p̄ph&ā dicentem qui utiq; intellegitur zacharias. sed uta-  
 tur ista defensione cui placeat. Ad thi autem quū non  
 placeat. Haec causa ē. quia & plures codices habent hierē-  
 miae nomen & qui diligentius in grecis exemplarib; euan-  
 gelium considerauerunt. In antiquiorib; grecis ita se p̄-  
 hibent inuenisse. Et nulla fuit causa quū adder&ur  
 hoc nomen. ut mendositas fier&. Quū autem de nonnul-  
 lis codicib; toller&ur. Fuit itaq; causa ut hoc audax  
 Inperitia facer& cum turbar&ur questione. quod hoc  
 testimoniū apud hieremiā non inuenir&ur. Quid ergo  
 intellegendum ē. nisi hoc actum esse secretiore consilio  
 prouidentiae dī. quā mentes euangelistarū sunt gubernat̄.  
 potuit enim fieri. ut conimo matthei euangelium conscri-  
 bentis pro zacharia hieremias occurrer&. unde fieri sol&  
 quod tamen sine ulla dubitatione emendar& saltem  
 ab aliis ad monitus qui ipso adhuc in carne uiuente  
 hoc legere potuerunt. nisi cogitar& recordationis suae  
 quae scō spū regebatur. non frustra occurrisse aliud pro  
 aliud nom̄ p̄ph&ae. nisi q̄ dñs hoc scribi constituit.

Quia autem ita constituerit dñr. prima illa causa utilissima  
 debet facillime cogitari. & iam si eē insinuatū ita omnes scōr  
 prophētā uno spū loqūtor. mirabili inter se consensione  
 constare ut hoc multo amplius sic quāsi omnīū omnia  
 prophētā uno unius hominis ore dicerentur. Et ideo  
 indubitanter accipi debere quaecūq; per eos sp̄s sc̄i dixit  
 singula esse omnīū & omnia singulorū. Cum igitur & quae  
 dicta sunt per hieremiā. Tam sint zachariae quam hieremiae  
 & quae dicta sunt per zachariam. tam <sup>sup</sup> hieremiae quam zachariae.  
 quid opus erat ut emendarē mattheus. cum aliud pro alio  
 sibi nomen occurreret a se scriptum relegisset. ac non potius  
 sequens auctoritatem sp̄s sc̄i. a quo mentem suam regi plus  
 nobis ille utique sentiebat. ita hoc scriptum relinqueret.

**S**icut & iam admonendo constituerat ei dñr. Ad informandos  
 nos tantā uerborū suorū inter prophētā eē concordia. ut  
 non absurde immo congruentissime & iam hieremiae  
 deputaremur. quod per zachariā dictum reperiremur. Si  
 enim hodie quisquam uolens alicuius uerba indicare. dicat  
 nomen alterius a quo dicta sint. quia nomen sit amicissimus.  
 & familiaritate coniunctissimus. illius cuius uerba dice  
 re uoluit. Et continuo recordatur alium pro alio se  
 dixisse ita se colligat atq; corrigat. ut tamen dicat.

**B**enedixi. Quid aliud intuent. nisi tantam inter ambos  
 esse concordiam inter illum scilicet cuius uerba dicere uolu  
 it. & alium cuius ei nomen pro illius nomine occurrit.  
 ut talesit hoc istum dixisse quales si ille dixisset. quan  
 to magis hoc de prophētā sc̄i intellegendum & maxime

commendandum fuit. ut omnium librorum tamquam unus  
 unum librum acciperemus. In quo nulla rerum discrepantia  
 crederetur. sicut nulla inueniretur & in quo maior est con-  
 stantia ueritatis. quam si omnia illic unus homo quam  
 libet doctissimus loqueretur. Quo ergo hinc argumentum  
 sumere conantur uel infideler uel imperiti homines. quasi  
 ad ostendendam dissonantiam sanctorum euangelistarum. hoc  
 potius debent adsumere fider. & docti ad ostendendam unita-  
 tem sanctorum & ipsorum prophetarum. Est alia causa quae mihi  
 uidetur alio tempore diligentius pertractanda ne amplius  
 sermonem protendamus. quam huius operis terminandi  
 necessitas flagitat. Quia hoc nomen hieremiae in testimonio  
 zachariae sic manere permittitur. uel potius spiritus sancti auctoritate  
 preceptum sit. Est apud hieremiam quod emerit agrum a filio  
 fratris sui. & dederit ei argentum. Non quidem sub hoc  
 nomine pretii quo positum est apud zachariam xxx argen-  
 teis. Uerum tamen agri emptio non est apud zachariam quod  
 autem prophetiam. de xxx argenteis ab hoc interpretatus sit  
 euangelistic. quod modo de domino completum est. ut hoc est  
 eius pretium manifestum est. sed ad hoc pertinere & iam illud de  
 agro empto quod hieremias dicit hinc potuit mystice signi-  
 ficari. ut non hic zachariae nomen poneretur quid dixit  
 xxx argenteis. sed hieremiae quid dixit de agro empto. ut  
 lecto euangelio atque inuenito nomine hieremiae. Lecto  
 autem hieremia & non inuenito testimonio de xxx argen-  
 teis. inuenito tamen agro empto admonetur lector  
 utrumque conferre. & inde sensum enucleare prophetiae.

quomodo pertinere ad hoc quod in dño implētum est. Nam illud quod subiecit huic testimonio mattheus cum ait. quem ad praeuenerunt filii isrl̄ & dederunt eos in agrum figuli sicut constituit mihi dñs. Nec apud zachariam nec apud hieremiā reperitur. Unde magis ex persona ipsius euangelistae accipiendum ē. eleganter & mystice in se ipsum quia ex hoc ex dñi reuelatione cognouit ad hanc rem quae de xp̄i p̄tio facta ē. huiusmodi pertinere prophētiam. Liber quippe empti agri apud hieremiā iubetur mitti in uas fictile. & emitur hic de p̄tio dñi ager figulj & hoc ad sepulturā peregrinorum. tamquam ad p̄mansionem quibus eorum cum in hoc saeculo peregrinantur. consepelientur xp̄o per baptismum. Nam & illam emptionem agri hoc significare ait. hieremias dicit dñs quia erit permansio captiuitate liberatorū in illa terra. Haec tamquā delinianda arbitratur sum cū admonerem quid in his prophēticiis testimoniis in unum redactis & euangelicae narrationi conlatis diligentius adtentiusq; requiratur. Haec interposuit mattheus de iuda traditore. Deinde sequitur & dicit.

**VII. IHS AUTEM STETIT ANTE P̄SIDEM.  
ET INTERROGAUIT EUM P̄ RESES DICENS.**

Tuer rex iudaeorum. dicit ei ihs. tu dixisti. Et cum accusaretur a principibus sacerdotū & senioribus populj. nihil respondit. Tunc ait illi pilatus. Non audis quanta aduersū te dicunt testimonia. & non respondit ei ullum uerbum. Ita ut miraretur praeses uehementer. Per diem autem sollem nem consueuerat p̄ses dimittere.



populo unum uinctum quem uoluisset. Habebant autē  
 tunc uinctum insignem qui dicebatur <sup>bar</sup> abbas. Congregatis  
 ergo illis. dixit pilatus. Quem uultis dimittam uobis  
 barabbam ih̄m quid dicitur xp̄s. Sciebat enim quod  
 per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo  
 pro tribunali. misit ad illū uxor eius dicens. nihil tibi  
 & iusto illi. multa enim passus sum hodie peruisum  
 propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores  
 persuaserunt populis. ut p̄cerent barabbam ih̄m uero  
 perderent. Respondens autem praeses ait illis. Quem  
 uultis uobis deduo; dimitta. illi dixerunt barabbam.  
 Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ih̄u quid dicitur  
 xp̄s. dicunt omnes crucifigatur. ait illis p̄ses.  
 Quid enim malefecit. At illi magis clamabant dicentes.  
 crucifigatur. Uidens autem pilatus quia nihil p̄ficere  
 sed magis tumultus fieret. accepta aqua lauit manus  
 coram populo dicens. Innocens ego sum a sanguine  
 iusti huius. uos uideritis. Et respondens uniuersus  
 populus dixit. Sanguis eius supernos & sup filios nr̄os.  
 Tunc dimisit illis barabbam. ih̄m flagellatum tradidit  
 eis ut crucifigeretur. Haec narrauit mattheus per pi  
 latum gesta de dño. Marcus quoq; p̄ene isdem uerbis  
 & rebus concinit. uerba autem pilati quibus respon  
 dit populo p̄sentium. Ut sollempniter unus uinctus  
 dimitteretur ita refert. Pilatus autem respondit eis  
 & dixit. uultis dimittam uobis regem iudaeorum.  
 Mattheus autem sic ait. Congregatis ergo illis dixit pilatus.

Quem uultis dimittam uobis barabban an ihm quidē  
 ihr. Nulla quaestio ē. quod tacet ipse p̄sē. ut aliquid  
 eis dimitteretur. Sed quaeri potest quae uerba pilatus dixe-  
 rit. utrum quae a mattheo an quae a marco referuntur. Aliud  
 enim uidetur esse. quem uultis dimittā uobis barabban  
 an ihm quid dicitur xp̄s. Aliud dimittam uobis regem iudeoz  
 Sed quia reges xp̄s dicebant. & quid dicit illum an illum.  
 Manifestum ē. enim qualesis se. An uellent dimitti sibi regem  
 iudaeorum idē xp̄m. Nihil inter ē. sententiae quod hic. I  
 dictat aut. Marcus de barabban. hoc solum uolens dicere  
 quod addn̄m pertinebat. quando quidem in eorum respon-  
 sionem satis & ipse ostendit. quem sibi dimitti uoluerint.  
 Pontifices inquit concitauerunt turbam. ut magis. bar-  
 abban dimitteret eis. Sequitur autem & dicit. pilatus  
 autem iterum respondens ait illis. Quid ergo uultis  
 faciam regi iudaeorum. unde satis apparet. quod id  
 marcus uelit ostendere dicendo xp̄m. Non enim dice-  
 bantur xp̄i reges. nisi iudaeorum. Nam q; in eo d̄ia loco  
 matheus ait. Dicit illis pilatus; quid igitur faciam  
 de ih̄u quid dicitur xp̄s. Ergo sequitur marcus. Ad illi  
 iterum clamauerunt crucifige eum. quod ille ait.  
 Dicunt omnes. crucifigatur. Et sequitur marcus.  
 Pilatus uero dicebat eis. quid enim. malefecit; at illi  
 magis clamabant. crucifige eum. Hoc matheus  
 non dixit; sed qm̄ dixit. Uident autem pilatus quia  
 nihil proficeret. sed magis tumultus fieret. dixit d̄ia  
 eum leuasse manus coram populo. ut innocentem  
 F. dicendo regem iudeoz quod matheus.

se a sanguine iustificare. <sup>figur</sup> Quod item & marcus & alii tacent.  
Satis ostendit & iam mattheus egisse praesidem cum populo  
ut dimitteretur quod breuiter significauit marcus in eo  
quod refert pilatum dixisse. quidem malefecit. Deinde  
sic & iam concludit quae per pilatum cum dno gestasunt.  
Pilatius autem inquit uolens populo satisfacere. dimisit  
illis barabbam. & tradidit ihm flagellis caesum ut cru-  
cifigeretur. Haec apud praesidem gesta narrauit marcus,  
Lucas apud pilatum gesta sic narrat. Coeperunt autem  
accusare illum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem  
gentem nostram & prohibentem tributa dari caesari. & di-  
centem se xpm regem esse; hoc illi duo euangelistae non  
dixerunt. Cum tamen dicerent quod eum accusabant  
ergo iste & iam ipsa crimina quae falso obiecerunt aperuit.  
Tacuit autem quod ei dixit pilatus. non respondens quic-  
quam. uide inquantis te accusant. Sed plane sequitur  
& dicit. Quod & iam illi dixerunt; pilatus autem in-  
terrogauit eum dicens. Tu es rex iudaeorum. At ille  
respondens ait. Iudicis. Hoc autem mattheus & marcus  
commemorauerunt antequam dicerent compellatum  
ihm. quod eis accusantibus non responderet. Nihil autem  
inter est. ueritatis quo ordine lucas ista & uulerit. quem  
admodum nihil inter est. si aliud aliquid tacet. quod  
aliud commemorat. Quem admodum in consequentibus  
dicit. At autem pilatus ad principes sacerdotum  
& turbas. nihil inuenio causae in hoc homine. At illi  
inualerebant dicentes. commouet populum docens

per uniuersum iudeam & incipient a galilea usq; huc. Pila-  
 tus autem audient galileam. Interrogabit si homo galileus  
 esset. Et ut cognouit quod de herodis potestate esset.  
 remisit eum ad herodem. qui & ipse hierosolymis erat in  
 illis diebus. Herodes autem uiso ihu gauisus est ualde.

Erat enim cupiens ex multo tempore uidere eum. Et quod  
 audiret multa de illo. & sperabat signum aliquod uideri  
 ab eo fieri. Interrogauit autem illum multis sermonibus;  
 At ipse nihil illi respondebat. Stabant & iam principes  
 sacerdotum & scribae constantes accusantes eum. Spre-  
 uit autem illum herodes cum exercitu suo & inlusit indu-  
 tum ueste alba & remisit ad pilatum & facti sunt amici  
 herodes & pilatus in ipsa die. Nam antea inimici erant  
 ad inuicem. Haec omnia id est quod apud pilatum ad herodem  
 dominus missus est. & quae ibi gestasunt. Lucas solus indicat.  
 & iam si aliquid ibi ait. Simile quod in aliis narrationibus  
 locis apud alios possit inueniri; Ceteri autem ex tantum  
 dicere uoluerunt. quae apud pilatum gestasunt. quous-  
 que dominus crucifigendus traderetur. Rediens ergo lucas  
 ad ea quae apud praesidem gerebantur unde digressus erat.  
 ut narraret quod apud herodem actum est. Ita sequitur.

Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & ma-  
 gistratibus & plebe. dixit ad illos. Obtulistis mihi  
 hunc hominem quasi euentem populum. Et ecce ego  
 coram uobis interrogans nullam causam inueni in  
 homine isto ex his in quibus <sup>eu</sup> accusatis sed intellegimus  
 eum praetermississe. Quem admodum dominus quaesierit

quid accusatoribus responderet. sed neque herodes inquit.  
**N**am remisi uos ad illum. & ecce nihil dignum morte actum est  
 ei. emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habe  
 bat dimittere eis per diem festum unum. Exclamauit autem  
 simul uniuersa turba dicens. Tolle hunc. & dimitte nobis  
 barabban qui erat propter seditionem quandam factam in  
 ciuitate. & homicidium missus in carcerem. Iterum autem  
 pilatus locutus est. ad illos uolens dimittere ihm. At illi  
 subclamabant dicentes. crucifige crucifige illum.  
**I**lle autem testis dixit ad illos. Quid enim male fecit iste?  
**N**ullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo  
 illum & dimittam. At illi instabant uocibus magnis  
 postulantes ut crucifigeretur & inualecebant uoces eorum.  
**M**attheus huic conatus pilati quod sepius cum eis egit.  
 uolens ut dimitteretur ihm paucissimis uerbis satis  
 ad testatur est. ubi ait. Uidens autem pilatus quia nihil  
 proficeret sed magis tumultus fieret. quod non diceeret  
 nisi multum ille nisus esset. quamuis tacuerit. quoti  
 ent hoc efficere temptauerit. ut euesteret ihm furari  
 eorum & lucas ita concludit quod actum est apud presidem.  
**E**t pilatus inquit ad iudicauit fieri petitionem eorum.  
**D**imisit autem illis eam quae propter homicidium & sedi  
 tionem missus fuerat in carcerem quem petebant  
 ihm uero tradidit uoluntati eorum. Nunc eadem  
 secundum iohannem consideremus id est quae per pilatum  
 factae sunt. & ipsi inquit non introierunt in praetorium  
 ut non contaminarentur sed manducarent pascha.

tuo uerit

Ergo pilatus ad eos foras. & dixit. Quam accusationem  
 adfestis aduersus hominem hunc. Responderunt & dixerunt  
 ei. si non est hic malefactor. non tibi tradidissimus eum.  
 Hoc uidendum est. ne contraxit ei quod lucas dicit. cetera in eu  
 dicta esse crimina. & dicit quae dicta sunt. Coeperunt  
 autem inquit accusare illum dicentes. hunc inuenimus  
 subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa  
 dari caesari. & dicentem se xpm regem esse. Quod uero  
 hunc secundum iohannem commemorauit. uidentur  
 iudaei noluisse dicere crimina. Cum dixisset eis  
 pilatus. quam accusationem adfestis aduersus hominem  
 hunc. Responderunt ei si non est hic malefactor. non  
 tibi tradidissimus eum. uidelicet ut eorum auctori  
 tatem secutus. quidei obiceretur desinere querere. sed  
 ob hoc tantum nocentem crederet. quod sibi ab eis tra  
 di meruisset. Ergo intellegere debemus & hoc dictum  
 esse & hoc quod lucas commemorauit. multa enim  
 dicta & multa responsa sunt. unde unicuique eorum  
 quantum uisum est. decerpit. & in narratione sua po  
 suit quod satis esse iudicauit. Nam & iam ipse iohannes  
 dicit. quaedam quae obiecta sunt quae suis locis uide  
 bimus. Itaque sequitur. Dixit ergo eis pilatus. Acci  
 pite eum uos & secundum legem uestram iudicete eum.  
 Dixerunt ergo ei iudaei. Nobis non licet interficere  
 quemquam. ut sermo ihu impleretur quem dixit.  
 significans quae est morte morturus. Introit ergo  
 in praetorium pilatus. & uocauit ihm. & dixit ei.

s Tuer rex iudaeorum? Respondit ih̄s item & ipso hoc dicit.  
 s An alii tibi dixerunt de me? & hoc uideretur non conueni  
 s re illi. quod ab aliis commemoratum ē. Respondit ih̄s  
 tu dicit. nisi in consequentibus ostenderet. Et illud die  
 tum esse unde ostendit. ea quae nunc dicit ac ceteris  
 euangelistis tacita. quam ad dñō dicta non esse. Ad ten  
 de ergo cetera. Respondit inquit pilatus. Num quid  
 ego iudaeus sum. gens tua & pontifices tradiderunt  
 te mihi quid fecisti? Respondit ih̄s. Regnum meum.  
 non ē. de mundo hoc. Si ex hoc mundo esset regnū meū  
 ministri mei decessarent. ut non traderer iudeis. Nunc  
 autem regnum meū non ē. hinc. Dixit ergo ei pilatus.  
 Ergo rex es tu. Respondit ih̄s. tu dicit. quia rex sū ego.  
 Ecce quando uentum est ad id quod alii euangelistae cōme  
 morauerunt. Sequitur ego item dicente adhuc dñō  
 quod ceteri tacuerunt. Ego in hoc natus sum & ad hoc  
 ueni in mundum. ut testimoniū phibeam ueritati  
 O mnis qui ē ex ueritate. audit meam uocem. Dicit ei  
 pilatus. quid ē ueritas? & cum hoc dixisset. iterum  
 exiit ad iudaeos. & dicit eis. Ego nullā inuenio in eo  
 accusam. Est autem consuetudo uobis. ut unum di  
 mittam uobis in pascha. uultis ergo ut dimittā  
 uobis regem iudaeorū? clamauerunt rursus  
 omnes dicentes. non hunc. sed barabbas. Erat autē  
 barabbas. latro. Tunc ergo adprehendit pilatus ih̄m  
 & flagellauit. & militer plectentes coronam despi  
 nit. Inposuerunt capiti eius & ueste purpurea

circumdederunt eum. & ueniebant ad eum & dicebant.  
 H. ius rex iudaeorū. Et dabant ei <sup>aliquis</sup> palmas. Exiit ergo <sup>isus</sup> pi-  
 latus foras. & dicit eis. Ecce adduco eum uobis foras  
 ut cognoscatis. quia in eo nullā causam inuenio. Exi-  
 it ergo ih̄s foras habens spineam coronam & purpureum  
 uestimentū. & dicit eis. Ecce homo. Cum ergo uidis-  
 sent eum pontifices & ministri iudaeorum. clamabant  
 dicentes. Crucifige crucifige. Dicit eis pilatus. Acci-  
 pite eum uos. & crucifigite. Ego enim non inuenio cau-  
 sam in eo. Responderunt ei iudaei dicentes. Nos legem  
 habemus & secundū legem debet mori. quia filium dī  
 se fecit. Hoc potest congruere ei. quod lucas commemo-  
 rat in accusatione iudaeorū dictum. hunc inuenimus  
 subuestentem gentem nostram ut adiungatur quia fi-  
 lium dī se fecit. Sequitur itaq; iohannes & dicit. Cum  
 ergo audisset pilatus hunc sermonem. magistimuit.  
 Et ingressus ē p̄torium & dicit ad ih̄m. Unde es tu.  
 Ih̄s autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus.  
 Quia tibi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo cruci-  
 figere te & potestatem habeo dimittere te. Respon-  
 dit ih̄s non haberes potestatem aduersum me ullam  
 nisi tibi eēt datum desuper. Propterea qui tradidit  
 me tibi. maius peccatum habet. Ex inde quaerebat  
 pilatus dimittere eum. Iudaei autem clamabant  
 dicentes. Si hunc dimittis. non eris amicus caesaris.  
 Omnis qui se regem facit. contradicit caesari. huic  
 potest congruere. quod lucas in eadem accusatione



iudaeorum ita narrat. Cum dixissent inuenimus eum  
 subuestentem gentem nostram adiecit & prohibentem  
 tributa dari caesari & dicentem se xpm regem esse. ex  
 quo soluitur illa quaestio qua putari poterat iohannes  
 dixisset nullum iudaeis dno crimen obiectum. quando  
 responderunt & dixerunt ei. Si non esset hic malus  
 factor. non tibi tradidissemus eum. Sequitur ergo  
 iohannes & dicit. Pilatus ergo cum audisset hos  
 sermones. adduxit foras ihm & sedit pro tribunali in  
 loco qui dicitur lithostrotos. hebraeicae autem gabata.  
 Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta. & dicit  
 iudaeis. Ecce rex uester. Illi autem clamabant. tolle cru-  
 cifige eum. Dixit eis pilatus. Regem uestrum crucifigam.  
 Responderunt pontifices. Non habemus regem. nisi  
 caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeret.

**VIII. HAEC NARRANTE IOHANNES PER PILA-  
 TV GESTA CONSEQUENS ET IUXTA IPSAM DNI  
 PASSIONEM SECUNDUM QUATTUOR EVANGELIARVM TESTI-  
 MONIA.**

**U**ideamus quam mattheus sic incipit. Tunc  
 milites praesidis suscipientes ihm in portuam. congrega-  
 uerunt aduersus eum uniuersam cohortem. & exuen-  
 tes eum clamidem coccineam circum dederunt ei. &  
 plectentes coronam despinis posuerunt super caput eius.  
 & harundinem in dextera eius. & genu flexo ante eum.  
 inludabant dicentes. Hae rex iudaeorum? hoc  
 & marcus in eodem loco narrationis. ita dicit.  
 & militer autem duxerunt eum intro. In atrio portu.

129

Et conuocant totam cohortem & induunt purpuram & in  
ponunt ei plectentes spineam coronam & coeperunt saluta  
re eum. haue rex iudaeorum. Et percutiebant caput eius  
harundine & conspuebant eum. & ponentes genua ado  
rabant eum. Intellegitur itaq; quod mattheus ait.  
Clamidem coccineam circumdederunt. hoc marcus dixisse  
indutum purpuram proregia enim purpura clamisilla  
coccinea ab inludentibus adhibita erat. Et est rubra  
quaedam purpura cocci simillima. Potest & iam fieri  
ut purpuram & iam marcus commemorauerit quam cla  
mis habebat. quam uis est coccinea. Lucas hoc pretermi  
sit. Iohannes autem antequam diceret quod eum pila  
tur crucifigendum tradiderit commemorauit hoc di  
cens. Tunc ergo apprehendit pilatus ihm. & flagellauit  
eum. & militer plectentes coronam de spinis inposuerunt  
capiti eius & ueste purpurea circumdederunt eum. Et  
ueniebant ad eum & dicebant. Haue rex iudaeorum.  
Et dabant ei palmas. Unde apparere mattheum & marcum  
recapitulando istud commemorasse. non quo tunc  
factum sit cum eum pilatus iam crucifigendum tradi  
disset. Iohannes enim apud pilatum dicit haec gesta  
facit euidenter. Unde isti quod praeterierant recoluerunt.  
ad hoc pertinere & iam quod consequenter dicit mattheus.  
Et exuentes in eum acceperunt harundinem & percutie  
bant caput eius. Et postquam inluserunt ei. exuerunt  
eum clamidem & induerunt eum uestimentis eius &  
duxerunt eum ut crucifigerent. hoc quod exuerunt

clamidem & induerunt eum uestimentis eius in fine  
factum intellegitur cum iam duceretur. Marcus hoc itaq;  
dicit. Et postquam inluserunt ei. & exuerunt illum pur-  
puram & induerunt eum uestimentis eius. Sequitur ergo math.

**X EXUENTES AUTEM INUENERUNT HOMINEM  
CYRINEUM NOMINE SIMONEM. HUNC ANGARI-  
AUERUNT. UT TOLLERET CRUCEM EIUS.**

Marcus quoq; educunt illum inquit ut crucifigerent  
eum. & angariauerunt pretereuntem simonem cyrineum  
uenientem de uilla patrem alexandri & rufi. ut tollerent  
cruce[m] eius. hoc lucas ita dicit. Et cum ducerent eum  
adprehenderunt simonem quendam cyrinensem uenien-  
tem de uilla. & inposuerunt illi cruce[m] portare pro ihm.

Iohannes autem sic narrat. Susceperunt autem ihm &  
eduxerunt & baiulans sibi cruce[m]. exiit in eum quidam  
caluariae locum. hebraicae golgotha. ubi eum crucifixe-  
runt. Unde intellegitur quod ipse sibi postabat cruce[m]  
Cum exiret in locum memoratum. Simon autem ille in-  
tenere angariatus est. de quo tres commemorant cui postea  
data est. postanda crux usq; in locum ita utrumq; factum  
inuenimus. Primo id quod iohannes dixit. Deinde quod  
ceteri tres. Sequitur itaq; mattheus. **XI**

**ET UENERUNT INQUIT IN LOCUM QUIDICI-  
TUR GOLGOTHA. QUOD EST CALUARIAE LOCUS  
DE HOC LOCO APERTISSIME CONSENTIUNT.**

Deinde adiungit idem mattheus. Et dederunt ei uinum  
bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset. noluit

bibere. hoc marcus ita narrat. & dabant ei bibere murratum  
 uinum & non accepit. hoc intellegendum est. mattheum dixit  
 se cum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit.  
 Et murratum enim uinum amarissimum est. quamquam fieri  
 possit ut & fel & murra uinum amarissimum redderent. Quod  
 ergo ait marcus non accepit. Intellegitur non accepit ut  
 biberet. Gustauit autem sicut matheus testis est. ut quod  
 idem matheus ait noluit bibere. Hoc marcus dixerit  
 non accepit. tacuerit autem quod gustauerit. Sequitur matth.

**XII. POST QUAM AUTEM CRUCIFIXERUNT EUM  
 DIUISERUNT uestimenta eius sorte mittentes  
 ET SEDENTES SERUIABANT EUM.**

Hoc idem marcus sic & crucifigentes eum diuiserunt  
 uestimenta eius mittentes sortem super eis quis quod tolle  
 ret. hoc lucas sic ait. Diuidentes uero uestimenta eius  
 miserunt sortem & stabat populus expectans; breuiter a  
 tribus dictum est. Iohannes autem distinctius hoc expli  
 cat quem admodum gestum sit. militer ergo inquit  
 cum crucifixi essent eum acceperunt uestimenta eius  
 & fecerunt quattuor partes unicuique; militi partem &  
 tunicam. Erat autem tunica inconsutalis desuper contex  
 ta per totum. Dixerunt ergo aduicem non scindamus eam.  
 sed sortiamur de illa cuius sit ut scriptura impleatur  
 dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi. & in uestem meam  
 miserunt sortem. Sequitur matheus. **XIII.**

**ET IN POSUERUNT SUPER CAPUT EIVS CAVSAM  
 IPSIUS SCRIPTAM. HIC EST IHS REX IUDAEORUM.**

Marcus autem prius quam hoc dixisset erat autem inquit  
hora tertia & crucifixerunt eum. hoc enim subiungit. Cum  
de uestium diuisione dixisset quæres diligentissime consi-  
deranda est. nemagnum faciat errorem. Sunt enim qui  
arbitrentur hora quidem tertia dñm crucifixum. A sex-  
ta autem hora tenebras factas usq; ad nonam. ut con-  
summate intellegantur tres horæ. ex quo crucifixus est.  
usq; ad tenebras factas. Et potest & quidem hoc rectis-  
sime intellegi. nisi iohannes diceret hora quasi sexta  
pilatum sedisse pro tribuna li in loco quid dicitur  
litostrotor. hebreicæ autem gabatha. sequitur enim.  
Erat autem parasceue pascha hora quasi sexta. & dicit  
iudæis. Ecce rex uester. Illi autem clamabant. Tolle  
tolle. crucifige eam. dixit eis pilatus. Regem uestrum  
crucifigem? Responderunt pontifex. Non habet<sup>ur</sup> regem.  
nisi caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifi-  
geretur. Si igitur hora quasi sexta pilato sedente pro  
tribunali traditus est. crucifigendus iudæis. quomodo  
hora tertia crucifixus est. Sicut uerbo marci non intel-  
legentes quidem prius enim qua hora crucifigi potuerat  
uideamus. Deinde uidebimus. quæ hora tertia cru-  
cifixum dixerit marcus? hora erat quasi sexta. Cum  
traditus est. crucifigendus a pilato sedente ut dictum est  
pro tribunali. Non enim iam plena sexta erat. sed quasi  
sexta. id est peracta quinta. Et aliquid & iam de sexta  
esse coeperat. Numquam autem isti dicerent quinta  
& quadrans aut quinta & triens aut quinta semis.

aut aliquid huiusmodi. habent enim istum morem scripturae.  
 ut aperte totum ponant. maxime in temporibus; sicut de octo  
 illis diebus post quos eum dicunt ascendisse in montem.  
 quorum melior intuentis marcus ait. post dies sex praesertim  
 quia tam modum erat eidem iohannes locutus. e. ut non  
 diceret sexta. sed quasi sexta quod ita non diceret. sed tan-  
 tummodo sexta diceret. Possimus nos intellegere  
 quem admodum loqui scripturae solent sicut dixit aperte  
 totum. ut per acta quinta & inchoata sexta gererentur  
 haec. quae narrata sunt in crucifixi dñi nostri. donec com-  
 pleta sexta illo pendente fierent tenebrae. quibus tres  
 euangelistae adtestantur. mattheus marcus & lucas quae  
 ramus iam consequenter quia dixerit marcus cum com-  
 memorasset quod crucifigentes eum diuiserunt uestimenta  
 eius mittentes sortes superis quis quid tolleret. & secutus  
 adiunxit. Erat autem hora tertia & crucifixerunt  
 eum. iam certe dixerat. Et crucifigentes eum. diuiserunt  
 uestimenta eius. Sic & iam ceteri adtestantur quod eo  
 crucifixo. uestimenta diuisa sunt. Si eius rei gestae  
 tempus uoluit commemorare marcus sufficeret  
 dicere. erat autem hora tertia ut quid adiunxit. Et  
 crucifixerunt eum nisi uoluit aliquid recapitulando  
 significare. quod quaesitum inuenitur cum scrip-  
 tura ipsa illis temporibus; legeretur quibus uniuersae  
 ecclesiae notum erat. qua hora dñs ligno suspen-  
 sus sit unde possit huius uel error corrigi uel men-  
 dacium refutari. Sed quia sciebat amantibus; suspensum

dñm non a iudaeis. sicut iohannes apertissime dicit. occulte ostendere uoluit. eos magis crucifixisse qui clamauerunt ut crucifigeretur. quam illos qui ministerium principis suo secundum suum officium p̄buerunt Intellegitur ergo fuisse hora tertia cum clamauerunt iudaei ut dñs crucifigeretur. & ueracissime demonstratur. Tunc eos crucifixisse quando clamauerunt. maxime quia nolebant uideri se hoc fecisse. & propterea eum pilato tradiderant quod eorum uerba satis indicant secundum iohannem. Cum enim dixisset eis pilatus. Quam accusationem ad festis aduersus hominem hunc. Responderunt & dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non credidissetis eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudaei. nobis non licet interficere quemquam. quod ergo maxime uideri fecisse nolebant. Hoc eos hora tertia fecisse marcus ostendit. uerissime iudicant magis fuisse dñi necatricem linguam iudaeorum. quam militum manus. quisquis autem dixerit non fuisse horam tertiā. Cum hoc iudaei primitus clamauerunt insecrissime se ostendit inimicum euangelii. Nisi forte aliter potuerit eandem dissoluere quaestionem. Non enim habet unde conuincat non fuisse tunc horam tertiā. Et ideo ueri dico euangelistae potius credendum. quam contentiosae suspicionibus hominum. Unde inquit probas horam tertiā fuisse respondeo quod credo euangelistas. quibus & tu si credis ostende

quem admodum & hora sexta & hora tertia potuerit dñs crucifigi. De sexta enim ut fateamur narratione iohannis surgemur. tertia marcus commemorat quibus si uterq; nostrū credit. Ostende tu aliter quemadmodum fieri utrūq; potuerit. Libentissime ad quiescam non enim sententiam meam sed euangelii diligo ueritatem atq; utinam & iam plures ab aliis inueniantur huius exitus quaestiois. quod donec fiat utere mecum isto si placet. Si enim nullus alius exitus potuerit inueniri solus iste sufficiet. Si autem potuerit cum demonstratus fuerit eligemus tantum non potest consequens esse ut quilibet omnium quattuor euangelistarum mentitus sit aut in tanto & tam scō culmine auctoritatis errauerit. Si autem quis dixerit inde se conuincere non fuisse horā tertia. cum illud iudaei clamauerunt. quia postea quam dixit idem marcus. Pilatus autem iterum respondens ait illis.

Quid ergo uultis faciam regi iudaeorum. At illi iterum clamauerunt. crucifige eum. Non interponit aliquid morarum ab eodem marco in eius narratione & continuo ad id peruenitur. ut traderetur ad crucem dñs a pilato quod iohannes hora quasi sexta factum esse commemorat. Intellegat qui hoc dicit multa praetermissa esse quae in medio gestasunt cum pilatus ageret. Quaerens quo modo eum a iudaeis eriperet. & aduersus eorum insanissimam uoluntatem. quibuscumq; modis potuit instantissime niteretur. Mattheus enim ait. Dicit illis pilatus. Quid igitur faciam de ihū quid dicitur xps.



dicunt omnes. crucifigatur. Tunc fuisse dicimus horam  
 tertiam. quod autem mattheus sequitur & narrat. Uident  
 autem pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus  
 fieret. & Inconatib; pilati ad eripiendū dñm. Et in  
 tumultu iudaeorum contranitentū consūptum tempus  
 duarum horarum intellegimus. & coeptam fuisse  
 sextam. qua nondum terminata gesta sunt. Quae  
 ab eo tempore quo pilatus dñm tradidit usq; ad tene-  
 bras factas narrantur. quod autem mattheus supra  
 commemorat. Sedente autem illo pro tribunali. mi-  
 sit ad illum uxor eius dicens nihil tibi & iusto illi.  
 multa enim passus sum hodie peruisum propter eum.  
 Postea sederat pro tribunali pilatus. Sed inter illa quae  
 prius gesta narrabat. Recordatus mattheus quod de  
 pilati uxore dixit. uoluit hoc ibi interponere ut  
 perstrueret. quam maxime causa pilatus. Nec nouis-  
 sime uolebat eum tradere iudaeis. Lucas autem narrat  
 cum dixisset pilatus emendatum ergo illum dimit-  
 tam. ex clamasse uniuersam turbam. tolle hunc  
 & dimitte nobis barabbam. Sed fortasse nondū  
 dixerant crucifige. Iterum autem pilatus secundū  
 eundem lucam. Locutus ē. ad illos uolens dimit-  
 tere ihm. At illi succlembabant dicentes. crucifige  
 crucifige illum. Tunc intellegitur fuisse hora  
 tertia. Quod ergo sequitur lucas dicit. Ille autē  
 tertio. dixit ad illos. Quid enim malefecit iste?  
 nullā accusam mortis inuenio in eo. Corripiam

ergo illum . & dimittam . At illi instabant uocibus magnis  
postulantur ut crucifigeretur & inualescebant uoces eorum .

Satis & iam ipse significat magnum tumultum fuisse . Et  
post quantum morarum illis testis dixerit . quid enim  
malefecit . Licet intellegere quantum indaganda uerita  
ti satis est . Et postea quod ait Instabant uocibus magnis  
& inualescebant uoces eorum . quis non uideat ideo factum  
quia uidebant pilatum eis nolle tradere dominum & qui hoc  
magno opere nolebat . Non utique in momento temporis  
cessit . sed uel duae horae & aliquid amplius in illa  
cunctatione transierunt . Iohannem quoque interroga  
& uide quanta fuerit pilati illa cunctatio & recusatio  
tam foedi ministerii . Idem namque multo explicatius  
enarrat . quam uis nec ipse dicat utique omnia in quibus  
duae horae & de sexa aliquid praeter fluxit . Tamen  
cum flagellatus & ihesum & amilitibus ueste inlusoria multis  
que in lusionibus male tractari permisisset . credo ut hoc  
modo saltem eorum furorem mitigasset . ne usque ad mor  
tem saeuire pretenderent . Exiit <sup>iterum</sup> igitur pilatus foras .  
& dicit eis . Ecce adduco eum uobis foras . ut cognos  
cat . quia in eo nullam causam inuenio . Exiit ergo  
ihesus postiens spineam coronam & purpureum uesti  
mentum . & dicit eis . Ecce homo . ut illa uelut igno  
miniosa specie uisa placarentur . Sed adiungit  
& dicit . Cum ergo uiderent eum pontifices &  
ministri . clamabant dicentes . crucifige . crucifige .  
Tunc horum testiam fuisse dicimus . adtende

quae sequantur. Dicit eis pilatus. Accipite eum uos.  
 & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam.  
 R esponderunt ei iudaei. Nos legem habemus & secundū  
 legem debet mori. quia filium dī<sup>se</sup> fecit. Cum ergo audis  
 s& pilatus hunc sermonem. magis timuit. & ingressus ē.  
 p̄torium iterum ad ih̄m. & dicit. unde es tu. ih̄s autem  
 responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. mihi  
 non loqueris. Nescis quia potestatem habeo crucifige  
 re te. & potestatem habeo dimittere te. respondit ih̄s.  
 Non haberes potestatem aduersus me ullam. nisi tibi  
 esset datum de super. Propterea qui tradidit me tibi.  
 maius peccatum habet. Ex inde pilatus quaerebat dimit  
 tere eum. In hoc igitur quod quaerebat pilatus dimit  
 tere eum. quantum temporis putamus esse consumptum.  
 quicquid praetermissa quae uel a pilato dicebantur. uel  
 a iudaeis contradicebantur. quousque dicerent iudaei.  
 U nde ille commoueretur & cederet. Ita enim sequitur.  
 I udaeis autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis.  
 s non es amicus caesaris. Omnis qui se regem facit. con  
 s tradit caesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermo  
 r nes. adduxit foras ih̄m. & sedit pro tribunali. In locum  
 s quid dicitur utroque uel hebraeae uel gabrae.  
 E rat autem pascheue pascha. hora quasi sexta. Ab illa  
 ergo uoce iudaeorum. quae primo dixerunt crucifige  
 cum esset hora tertia. usque ad hoc quod sedit pro tribu  
 nali per medias horas cunctationis pilati. & tumultu  
 antium iudaeorum duae horae praeterierant. & praeta

quinta iam desexta aliquid coeperat. Dicit ergo iudaeis:

E cce rex uester. Illi autem clamabant. Tolle tolle. crucifige eum. Sed neq; iam commotus pilatus timore calumniae faccile cedebat. Tunc enim uxoreius ad eum miserat sedentem pro tribunali quod preoccupauit mattheus. qui hoc solum commemorauit antequam ad eum locum narrationis ueniret ut ubi hoc poneret. ubi oportunum iudicauit.

T emptans itaq; adhuc pilatus. Nequid proficeret. dixit eis. R egem uerum crucifigam. Responderunt pontifices. Non habemus regem. nisi caesarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Et dum pergit. & dum crucifigitur cum duob; latronib; dum uester eius diuiduntur. & in sorte illa tonica mittitur. atq; inter haec uariis conuiciis inluditur. Simul enim cum illa gerentur & illa conuicia iaciebantur. Conplaxit hora sexta. & factesunt tenebrae. quas mattheus & marcus & lucas commemorant.

I am itaq; conruat impia pestinacia. & credat dñm ihm xpm. & tertia hora crucifixum lingua iudaeorum. & sexta manib; militum quia in tumultu iudaeorum & pilati aestib; duae atq; amplius horae pterierunt. auoce qua dixerunt crucifige. Sed ipse marcus qui maxime breuitatis sectator est. breuiter uoluit intimare pilati uoluntatem & conatum pro dñi uita. Cum enim dixisset. at illi iterum clamauerunt crucifigeeum. U bi ostendit quod iam clamauerant cū uellent sibi dimitti barabbem. adunxit. pilatus uero dicebat eis. Quid enim male fecit. hoc modo breuiter

*ad hoc mundum multumq;*

insinuauit quod diu gestum ē. memor tamen & iam ipse  
 qui uell & intellegi. Non ait pilatus uero dixit eis sed  
 ait. Pilatus uero dicebat eis. quid enim malefecit: quod  
 si diceret dixit. quocumque semel dictum intellegeremus. quia  
 uero ait. dicebat satis intimauit intellegentibus; multis  
 modis & saepe dictum esse. quousque incipere & hora sexta.  
**C**ogitemus ergo quam breuiter hoc dixerit marcus in con-  
 paratione matthei. quam breuiter mattheus in conpara-  
 tione luciae quam breuiter lucas in conparatione iohanni.  
**C**um tamen alia atque alia quisque commemoraret. Quamlonge  
 breuiter ipse iohannes in conparatione rerum quae ges-  
 tae sunt. & morarum cum illa gererentur. & sine insania  
 resistendi credamus duas horas. Et quidam illo inter-  
 uallo transire potuisse marcum si ita esset eo tempore  
 dicere fuisse horam testiam. quo erat hora testia. Cum  
 uox iudaeorum de crucifigendo domino sonuisset. diceret  
 & iam quod eum tunc ipse crucifixerint. nimis super-  
 bat leger narratoribus; ueritatis inponit. Sic enim po-  
 test dicere si haec ipse narraret eodem modo eodemque ordi-  
 ne ab omnibus; debuisset narrari. quo ipse narrauit.  
**D**ignetur ergo consilio marci euangelistae superari con-  
 silium suum. qui eo loco diuina inspiratione suggestum ē.  
**R**ecordationes enim eorum eius manu gubernatae sunt  
 qui gubernat aquam sicut scriptum ē. qualiter illi placu-  
 erit. Fluitat enim humana memoria per uarias  
 cogitationes nec in cuiusquam potestate ē. quid &  
 quando ei ueniat in mentem. Cum ergo illi sancti & ueraces  
 inponendum iudicauit quo loco

uiri quasi fosta ita recordationum suarū propter narra-  
 tionis ordinem occulte dī potestate cui nihil fostatū  
 est commisisent. Non oportet quemquam hominum  
 dicere longe abiectum ab oculis dī & longe peregrinan-  
 tem hoc loco poni debuit. quod ualde ignorat quur eo  
 loco dñs ponuoluerit. quia & si obuelatum ē. euangeli-  
 um nostrum ait apostolus in his qui pereunt obuelatu ē.  
 Et cum dixisset alius quidem sumus odoruitae inuitam  
 alius odor mortis in mortem. subiecit statim & ad haec  
 quis idoneus id est quis idoneus intellegere quam iuste  
 fiat. quod idem dñs dicit. Ego ueni ut qui non uident  
 uideant. & qui uident caeci fiant. Ipsa enim altitu-  
 do diuitiarū scientiae & sapientiae dī. quasit ex eadem  
 massa aliud uas in honore aliud in contumelia & di-  
 citur carni & sanguini. O homo tu quis es qui res-  
 pondeat dō. quis ergo & in hac re cognoscit intellec-  
 tum dñi. Aut quis consiliarius illi fuit ubi sic guber-  
 nauit corda reminiscentiū euangelistarū & in ecclesie  
 fastigio tanto auctoritatis culmine sublimauit.  
 ut p haec ipsa quae in eis contraria uideri possunt  
 multi ex cecarentur digne traditi in concupiscentiā  
 cordis sui & repbum sensum. & multi exercerentur  
 ad eliminandū prium intellectum secundum occultā  
 omnipotentis iustitiā. Dicit enim pph & ad dño.  
 nimis profunde factesunt cogitationes tuae uir  
 imprudens non cognoscit. & stultus non intellegit  
 haec. p & o autem & admoneo eos qui haec legunt

per nos adiuuante dño e laborata. ut huius sermonis quem  
hoc loco interponendum arbitratus sum In omni simili  
quaestionum diuinitate meminerint. ne sepius eadem re  
p&endasint. Facile autem uidebit quis sine impi&ctis  
duritia uoluerit attendere. quam oportunam loco.  
**M**arcus hoc d&ctia hora posuerit ut quisq; ibi record&ur.  
qua hora iudaei crucifixerunt dñm qui uolebant in ro  
manos uel principes uel milites trans ferre ipsum faci  
nus. ubi factum ministrorū militū commemoratum ē.  
ait enim & crucifigentes eum diuiserunt uestimtaei  
mittentes sortes super eis. quis quid tolleret. qui hoc.  
nisi milites sicut iohannes manifestat ergo ne quis quā  
cogitationem tanti criminis auersus a iudaeis. In mi  
liter illos conuesteret. Erat autem inquit hora tertia  
& crucifixerunt eum. ut illi eum potius crucifixisse  
Inueniantur quos hora tertia ut crucifiger&ur clamare  
potuisse diligens inquisitor Inueni&. Cū aduesterit  
hoc quod a militib; factū ē. hora sexta factū esse quāquā  
non desint qui pasceuer quam iohannes commemorauit  
dicens. Erat autem pasceue hora fere sexta. horam  
diei tertiā uel intellegi quae dicit pilatus p̄ tribunali. ut ea  
dem tertiā cōpl&a uidetur. Quando crucifixus ē. atq; illo  
iam pendente in ligno. alie tres horae pactesint. & reddi  
derit spū ut ab ea hora quae defunctus ē. idē diei sexta  
tenebrae fierent usq; ad nonā. Dicunt enim die quidē  
illo quē die sabbati sequebatur pasceuen fuit pasche  
iudaeorū quod ab eodem sabbato iam inciperent azimae

Sed tamen uerum pascha quod iam in passionedñi gerebatur.  
non iudaeorū. sed xpianorū coepisse pparari idē pascheuen  
habere ab hora noctis nona. in eo quod dñr a iudaeis occiden  
dus pparabatur. Pasceue quippe. Intp̄tatur pparatio.

Ab illa ergo nona noctis hora usq; ad eius crucifixionem oc  
currit. hora pascheue sexta. secundū iohannē. & hora diei  
testia. secundū marcū. ut non marcus horā illā recordatam.  
recapitulando commemorauit. qua clamauerunt iudaei  
crucifige crucifige. Sed eā prorsus horā testia dixerit  
quod dñr. ē. fixus in ligno. Quis fidelis non huic faueat  
solutioni questionis. si modo possit aliquis articulus conici.  
ab hora nona noctis. unde coepisse pascheuen pasche nostre.  
idē. pparationem mortis xp̄i congruenter intellegamus.

Si enim dicamus eam coepisse quando a iudaeis ad p̄hen  
sus. ē. dñr. adhuc noctis prime parte erat. Si quando  
ad domū p̄ductus. ē. socii caifas ubi & auditur. ē. a princi  
pib; sacerdotum. adhuc gallus non cantauerat. quod ex  
p̄ri negatione colligimur quae cum iam audiretur  
facta ē. Si autem quando pilato traditus. ē. iam mane fuisse  
aptissime scriptū. ē. Restat ergo ut intellegatur tunc  
coepisse istam pascheuen pasche idē. pparationē mortis dñi.  
quando responderunt omnes principes sacerdotū apud  
quos primū audiebatur & dixerunt reus. ē. mortis. Quod  
apud mattheum & marcū inuenitur. ut recapitulando.  
Intellegantur de p̄ri negatione postea dixisse quod ante  
factum erat non enim absurde conicitur. eotempore  
quando ut dixi reum mortis pronuntiauerunt non a hora



noctis esse potuisse. ex qua hora usq; ad horam qua sedit pi-  
latus pro tribunali quasi hora sexta fuit. non diei sed paras-  
ceues idē. immolationis dñi. quod uerum pascha ē. ut plena  
sexta eidem paraseues quae plena diei testia occurrebat ut  
dñr suspendatur in ligno. Sicut ergo hoc potius intellegen-  
dum eligatur. Sicut marcus testiam horam recoluerit eā.  
quae maximae ad condemnationem iudaeorū in dñi cruci-  
fixione commemorare uoluerit. qua intellegentur  
clamare potuisse. ut crucifigeretur. ut ipsos potius cruci-  
fixisse acciperemus. quam eos quorū manib; in ligno  
suspensus ē. Sicut ille centurio magis accessit ad dñm.  
quem illi amici quos misit. proculdubio quae festio soluta ē  
de hora dominicae passionis. quae maximae solē &  
contentioforum concitare in pudentiā & infirmorum  
in peritiā perturbare. Sequitur matheus & dicit.  
**XIII. TUNC CRUCIFIXUS. CŪ EO DUO LATRO-  
NES. UNUS AD DEXTRIS ET UNUS A SINISTRIS.  
ET MARCUS SIMILIT̄ ET LUCAS NEC IOHANNES  
ALIQŪ FACIT QUESTIONĒ. QUĀUIS LATRO-  
NES EOS NON DIXERIT. AUT ENIM.**

Et cum eo alios duos hinc & hinc. mediū autem ihm.  
Et sic autem contrariū sicū illi dixissent latrones. iste  
diceret innocenter. Sequitur matheus & dicit.  
**XV. PRETEREUNTES ANTE BLASPHEMABANT  
EUM MOVENTES CAPITA SUA ET DICENTES.  
Quid destruit templum & in triduo illud reaedificat.  
salua tem & ipsum. si filius dī es. descende de cruce.**

Huic marcus p[ro]xime eadem uerba consonat. Sequitur deinde  
 mattheus & dicit. Similiter & principes sacerdotum in  
 ludentes cum scribis & seniorib; dicebant. Alios saluos  
 fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex isrl est.  
 descendat nunc de cruce & credimus ei. confidit in d[omi]n[u]m  
 liber & nunc eum si uult. Dixit enim. quia filius d[omi]ni sum.  
 Marcus & lucas quam uis alia uerba dicant. Ad eandem  
 tamen sententia[m] concinunt. Cum alius p[ro]ter mittit.  
 quod alius commemorat. De principibus enim sacer  
 dotum quod insultauerint d[omi]no crucifixo pariter non  
 tacent. quem uis seniores tacuit marcus. Lucas autem  
 quia princeps dixit. nec addidit sacerdotum magis  
 nomine generali omnes primates complexus e[st]. ubi pos  
 sint intellegi & scribae & seniores. Sequitur mattheus & dicit.  
 Id ipsum autem & latrones qui fixierant cum eo in pro  
 perabent ei nec marcus discrepat hoc idem dicens alius  
 uerbis. Lucas autem potest repugnare putari. si uis gen[er]is  
 locutionis satis usitatum non obliuiscamur. At enim  
 lucas. Unus autem de his qui pendebant latronib;  
 blasphemabat eum dicens. Si tu es x[rist]us. salua[m] fac te  
 m[et] ip[s]u[m] & nos. & sequitur idem ip[s]e atq[ue] contexit.  
 Respondens autem alter increpabat illum dicens. neq[ue]  
 tu timeris d[omi]n[u]m quod in ead[em] damnatione es. & nos quidem  
 iuste. Nam digna facctis recepimus. hic uero nihil ma  
 liggerit. Et dicebat ad ih[esu]m. D[omi]ne memento mei.  
 cum ueneris in regnu[m] tuu[m]. Et dicit illi ih[esu]s. Amen dico  
 tibi. hodie mecu[m] eris in p[ar]adiso. Quomodo ergo

Sicut mattheus dicit. latrones qui fixi erant cum eo in-  
 perabant ei. uel sicut marcus dicit. & qui cum eo crucifixi  
 erant conuiciabantur ei. quicquid quidem unus eorum  
 conuiciatur. e. secundum lucam testimonium alter conpercutit  
 eum. & in dñm credidit. Nisi intellegimus mattheum  
 & marcum breuiter per stringentes hunc locum pluralem  
 numerum pro singulari posuisse. Sicut in epistola  
 ad hebreos legimus pluraliter dictum. cluserunt ora  
 leonum. Cum solus daniel significari intellegatur &  
 pluraliter dictum. factis sunt cum de solo esaiā tradatur.  
**I**n psalmo & iam quod dictum e. Adstiterunt reges terrae  
 & principes conuenerunt in unum. pluralem numerum  
 pro singulari positum. In actibus apostolorum exponitur.  
**N**am reges. propter herodem. principes pro pilatum in-  
 tellexerunt qui testimonium eiusdem psalmi adhibuerunt.  
**S**ed quia & pagani solent calumniari euangelio. Uidevit  
 quem ad modum locuti sint auctores eorum. Fledres me-  
 deas. & clite mestras cum singulae fuerint. Quid autem  
 usitatus uerbi gratia quam dicit aliquis & rustici mihi  
 insultant. Etiam si unus insultat. tunc enim est &  
 contrarium quod lucas de uno manifestauit si illi dixis-  
 sent. Ambo latrones conuiciator dño. Ita enim non  
 possit sub numero plurali unus intellegi. Cum uero  
 dictum e. latrones uel qui cum eo crucifixi erant. nec  
 additum e. ambo. Non solum si ambo fecissent possit  
 hoc dici. sed & iam quia unus hoc fecit. potuit usitato  
 locutionis modo pro plurali numero significari.

Sequitur autem mattheus & dicit. **XVII**

**A SEXTA AUTEM HORA TENEBRE FACTAE SUNT  
SUPER UNIUERSAM TERRAM USQUE AD HORAM NONAM.  
HOC ET DUO ALII CONTESTANTUR.**

**A**ddidit autem lucas & iam unde factae sint tenebrae id est solem obscuratum. Sequitur mattheus. Et circa horam nonam. clamauit ih̄s uoce magna dicens. heli. heli. Lemasabectani quod ē. d̄i meus. d̄i meus. ut quid me dereliquisti. Quidam autem illic stantes & audientes dicebant. heliā uocat iste. Marcus praeae ad eadem uerba ad eandem tamen sententiā. Non praene. sed omnino consentit.

Sequitur mattheus. Et continuo currentis unius ex eis acceptam spongiam impleuit aceto & inposuit harundini & dabat ei bibere. Sic & marcus dicit. Currentis autem unius & implens spongiam aceto circumponensq; calamo potum dabat ei dicens. sine uideamus si ueniat helias adponendum eum. quod quidem heliā non ipsum qui obtulit spongiā cum aceto. sed ceteros dixisse mattheus narrauit. Ait enim. Ceteri uero dicebant. sine uideamus an ueniat helias liberans eum. Unde intellegimus & illū & ceteros hoc dixisse. Lucas autem antequā de latronis insultatione narraret hoc de aceto ita commemorauit. Inludebant autem ei. & milites accedentes & acetū offerentes illi. dicentes si tu es rex iudaeorū. saluum te fac. Semel conplecti uoluit quod amicitib; factum & dictū est. tibi mouere non debet quod n̄ unum eorum dixit acetū optulisse. Genus enim locutionis tenuit de quo supra tractauimus. plurale p̄ singularem ponens.

Hoc autem de aceto & iā iohannes commemorauit ubi ait.

Postea sciens ihs quia iecm omnia consummata sunt ut consummaretur scriptura dixit. sitio. uas autem positum. ē. aceto plenū. illi autem spongiā plencem aceto ysoopo circū ponenter obtulerunt orieus. sed quod apud eundem iohannem inuenitur dixisse sitio. & quia uas ubi erat aceto plenum non mirū. ē. si ceteri tacuerunt.

Sequitur matheus. xviii.

**IHS AUTEM ITERŪ CLAMANS UOCEM MAGNAM EMISIT SPŪ.** Marcus similiter. ihs emissa uoce magna expirauit.

Lucas autem quid ipsa dixerit uoce magna declarauit dixit enim. Et clamens uoce magna ihs ait. pater in manus tuas commendo spm meum. Et haec dicens. expirauit.

Iohannes uero sicut tacuit illā uocem primā heli heli quam matheus & marcus rēulerunt. tacuit & iā istam quam lucas indicauit. Illi autem duo nomine uocis magne significauerunt. Id. ē. pater in manus tuas cōmendo spm meū.

Quod eum uoce magna dixisse & ipse lucas similiter adtestatus ē. ut intellegeremus hanc fuisse uocem magnā. quam matheus & marcus commemorauerunt. sed dixit iohannē quod nullus illorum trium ait eum dixisse. consummatū ē. cum acetum accepisset & quod eum ante ipsam uocem magnā dixisse intellegimus. haec sunt enim uerba iohannis. Cum ergo accepisset ihs acetum. dixit consummatū ē. Et inclinato capite. tradidit spm. Inter illud quod ait consummatum ē. & illud quod ait & inclinato capite tradidit spm. Emissa ē illa uox magna quae tacuit iste. Ceteri autē tres cōmemorauerunt.

hoc enim apparere esse ordinis ut ante diceret consummatum est.  
 cum perfectum in illo esset quod de illo prophatum erat.  
 & tunc quam ad hoc expectaret. qui utique cum uellet mori.  
 deinde commendans tradidit spiritum. Sed quo uis ordine  
 quilibet arbitretur dici potuisse hoc magno periculi cauendum  
 est. ne uideatur quisquam euangelistarum alteri repug-  
 nare si uel tacuit quod alius dixit. aut dixit quod alius  
 tacuit. Sequitur mattheus.

**XVIII. ET ECCE UELUM TEMPLI SCISSUM EST IN DU-  
 AS PARTES A SUMMO USQUE DEORSUM:**

Et marcus sic dicit & uelum templi scissum est. Induas  
 postea a summo usque deorsum. Lucas autem similiter  
 hoc ait. Et uelum templi scissum est medium. sed non eo-  
 dem ordine uolens enim miraculum miraculo adiungere.  
 Cum dixisset sol obscuraturus est. continuo subiungendum ex-  
 istimauit & uelum templi scissum est medium. preoccupans  
 uidelicet quod expirante domino factum est. ut inde recapitulans  
 ex sequeret & de potu ac & de illa uoce magna & de ipsa  
 morte. quae ante scissionem ueli post tenebras facta  
 intelleguntur. Mattheus enim qui cum dixisset ihesus autem  
 iterum clamans uoce magna emisit spiritum. Continuo  
 subiicit & ecce uelum templi scissum est. Satis ostendit tunc  
 esse scissum. cum ihesus emisisset spiritum. Si autem non ad di-  
 xisset & ecce. sed simpliciter dixisset & uelum templi scissum  
 est. incertum esset utrum ipse & marcus hoc recapitulando com-  
 memorassent. Lucas autem ordinem tenuisset an lucas recapitu-  
 lasset quod illo ordine posuisset. Sequitur mattheus.

XX. ET TERRAMOTUS. ET PETRAE SCISSAE SUNT.  
ET MONUMENTA APERTA. ET MULTA CORPORA  
SCORVM QUID DORMIERANT SURRERERUNT.

Et ex euntes demonumentis p̄ resurrectionem eius. uenerunt  
in sc̄am ciuitatem & apparuerunt multis. Haec quae solus  
dixit. Non ē m̄uendū necuiquā ceterorū repugnare uideat̄.

Sequitur idem ipse. Centurio autem & qui cum eo erant.  
custodientes ih̄m uiso terraemotu. & his quae fiebant. ti  
mauerunt ualde dicentes. Uere dī filius erat iste marcus sic.

Uident autem centurio qui ex aduerso stabat quia sic clamans  
expirasset. uere homo hic filius dī erat. Lucas sic.

Uident autem centurio quod factū fuerat glorificauit  
dn̄m dicens. uere hic homo iustus erat. Non ē contrariū  
quod mattheus uiso terraemotu dicit admiratū centurio  
nem. & eos qui cū illo erant. cū lucas dicat hoc eum admi  
ratum quod emissā illa uoce expirasset. Ostendens quia  
in potestate habuerit. quando moreretur. in eo quippe  
quod idem mattheus non solū dixit uiso terraemotu. sed  
& iā addidit & his quae facta erant in integrū locū fuisse  
demonstrauit lucas. ut diceret centurionem ipsam dn̄i  
mortem fuisse miratum. <sup>& haec b̄r.</sup> quia illa ē. quae tunc mirabili  
ter facta erant. quāquam & si mattheus illud non ad  
didisset. intellegendū erat cum multa miranda facta fu  
erint. & omnia centurio & qui cū eo erant mirari potu  
erint. Liberū fuisse narrantib; quid quisq; illum  
miratum commemorare uolisset. Nec eos ibi repug  
nare cum alius illud alius illud diceret fuisse miratum.

quando omnia fuerat ille miratus. quod autem alius ait centurionem dixisse uere dī filius erat iste. Alius autem uere homo hic filius dī erat. Non mouebit eum cui non exciderunt. tam multa superius similiter dicta & exposita ad unam quippe sententiam utraq; uerba concurrunt. Nec quod alius tacuit homo alius dixit. ullomodo contrariū. ē. magis quod lucas non ait centurionem dixisse filius dī erat. sed iustus erat.

Potest putari diuersū. sed uelut utrūq; dictū de centurione intellegere debemus. & aliud illor aliud istum commemorasse. uel forte esse lucam exprimere uoluisse sententiā centurionis. quomodo dixerit ih̄m filium dī. Foste enim non eum unigenitum aequalem patri centurio intellexerat. sed in eo filiū dī dixerat. quia iustum crediderat. sicut multi iusti dicti sunt filii dī. Quod autem & iam ipse lucas dixit. uident autem centurio quod factū erat. in eo genere inclusit omnia. Quae in illa hora mirabiliter facta erant. tamquā unū mirabile factum commemorans. cuius quasi membra & partes erant omnia illa miracula. iam uero quod mattheus addidit. Eor qui cum centurione erant. alii autem hoc tacuerunt. Cui non appareat ex notissima regula non ēē contrariū. Cum alius dicit quod alius tacet & quod mattheus dixit timuerunt ualde. Lucas autem non dixit timuit sed glorificauit d̄m. quis non eū intellegat timendo glorificasse. Sequitur mattheus.

**XXI. ERANT IBI MULIERES MULTAE LONGE QUAE SECUTAE ERANT IH̄M GALILEA MINISTRANTES EI INT̄ QUAS ERAT MARIA MACDELENE ET MARIA IACOBI ET IOSEPH MXI. ET MXI FILIORUM ZEBEDEI.**



¶ Marcus sic. Erant autem mulieres de longe aspicientes. Inter  
 ¶ quas erat maria magdalenae & maria iacobi minoris &  
 ¶ ioseph mater & salome. Et cum esset in galilea sequebantur  
 ¶ eum & ministrabant ei. & aliae multae quae simul cum eo  
 ascenderant iherosolimam inter hos nihil uideo quod contra  
 rium sit putari. Quid enim inter est. ad ueritatem quod  
 quasdam singuli nominauerunt. Lucas quoque ita narra  
 tionem contexit. Et omnis turba eorum qui simul aderant  
 ¶ ad spectaculum istud. & uidebant quae fiebant. percutientes  
 ¶ pectora sua reuestebantur. Stabant autem omnes notaeius  
 ¶ a longe & mulieres quae secutae erant eum a galilea haec uiden  
 ter. Unde superioribus duobus de mulierum praesentia satis  
 consentit. quamuis nullam earum nominatim exprimat.  
 ¶ & turba & iam quae simul aderant & uidenter quae fiebant.  
 ¶ Unde debant pectora sua & reuestebantur. Consentit mattheo  
 quamuis seorsum annexerit. Centurio autem & qui cum illo  
 erant. Quae propter tantummodo de notis eius qui stabat  
 a longe solus inuenitur dixisse. Nam & iohannes comme  
 morauit de praesentia feminarum antequam dominus emisisset spiritum.  
 ¶ ita narrans. Stabat autem iuxta crucem ihesu mater eius  
 ¶ & soror matris eius maria cleope & maria magdalene.  
 ¶ Cum uidisset ergo ihesus matrem & discipulum stantem quem  
 ¶ diligebat. dicit matri suae. Mulier. ecce filius tuus.  
 ¶ Deinde dicit discipulo. ecce mater tua. Et ex illa hora  
 ¶ accepit eam discipulus in sua. Quae in re nisi a pestissime  
 mattheus quoque & lucas maria magdalenae nominassent  
 possemus dicere alias a longe alias iuxta crucem fuisse.

N ullus enim eorum p̄ter iohannem matrem dñi commemoravit.  
 N unc ergo quomodo Intellegitur eadem maria magdalenae &  
 longe st̄isse. cum aliis mulierib; sicut mattheus & lucas  
 dicunt & iuxta crucem fuisse. sicut iohannes dicit. nisi quia  
 intento Intervallo erant ut & iuxta dici possent. quia in con-  
 spectu eius presto aderant & longe in comparatione turbae  
 propinquius circūstentis centurione & militib; possumus  
 & iam Intellegere. quod ille quae simul aderant cum matre dñi  
 postquam eam discipulo commendavit abire iam coeperant.  
 ut adensitate turbae se exuerent. Et cetera quae facta sunt  
 longius Intuerentur. ut ceteri euangelistae qui p̄ mortem  
 dñi ear commemorauerunt. iam longe stantes commemo-  
 rarent. Sequitur mattheus. XXII.

**C**ŪS ERŌ FACTŪ ESSET. UENIT QUIDĀ HOMŌ DŪES  
 ABARIMATHIA HOMINE IOSEPH QUI ET IPSE DISCI-  
 PULUS ERAT IHŪ. HIC ACCESSIT AD PILATŪ ET PETIT CORPŪ

**ihū.** Tunc pilatus iussit reddi corpus ihū. Marcus sic & cū  
 iam sero esset. Factū. quia erat parasceue quod ē. ante  
 sabbatum uenit ioseph abarimathia nobilis decurio qui &  
 ipse erat expectans regnū dī. & audacter Introiit ad pilatū  
 & petiuit corpus ihū. Pilatus autem mirabatur si iam  
 obiisset & accessito centurione Interrogauit eum si iam  
 mortuus esset. & cū cognouisset a centurione. donauit  
 corpus ioseph. Lucas sic. Et ecce uir nomine ioseph  
 qui erat decurio uir bonus & iustus hic non consenserat  
 consilio & actib; eorū abarimathia ciuitate iudaeae qui  
 expectabat & ipse regnū dī. hic accessit ad pilatum & petiit

corpus ihū. Johanner autem postea quam narrauit de crucibus  
fractis eorum quicū dño crucifixierant. Et de latere dñi  
lancea percusso quod totum solus dixit. Sic coniungit & iā  
de ioseph confertur ceteris ita narrans. Post haec autem rogauit  
pilatum ioseph ab erimathia eo quod esset discipulus ihū.  
occultus autem propter metum iudaeorū. ut tolleretur corpus ihū  
& permisit pilatus. Uenit ergo & tulit corpus ihū in hoc  
nihil existat. In quo aliquis eorum alicui repugnare uideat.  
Sed aliquis forsitan quaerit. quomodo a semetipso iohannes  
ipse non discrepauit. contestans cum ceteris quod ioseph per  
uerat corpus ihū. & solus dicens. quod occultus fuit & discipu  
lus dñi. propter metum iudaeorū. merito enim mouet. quā  
ille qui propter timorem occultus discipulus erat. ausus sit  
perire corpus eius quod nullus eorū qui eum paleam sequeban  
tur auderet. Sed intellegendū est istum fiducia dignitatis  
hoc fecisse quāp̄ dictus poterat familiariter intrare ad pi  
latum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo.  
minus curasse de iudaeis quam uis soleret in dño audiendo  
eorum inimicitias deuitare. Sequitur mattheus.

**XXIII. ET ACCEPTO CORPORE IOSEPH INUOLUIT  
ILLUD IN SINDONE MUNDATA. ET POSUIT ILLUD  
IN MONUMENTO SUO NOUO QUOD EXCIDERAT  
IN PETRA. ET ADUOLUIT SAXUM MAGNUM AD OSTIUM  
MONUMENTI ET ABIIIT.**


Marcus sic. ioseph autem mercatus sindonem & deponens  
eum inuoluit sindone & posuit eum in monumento quod  
erat excisum de petra. & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

L ucar sic. & depositū inuoluit in sindone & posuit eum in monum̄  
to exciso. In quo nondū quisquā positus fuerat. Ex his tribus  
nulla questio dissensionis oriri potest. Johannes autem sepul  
turam dñi. non a solo ioseph. sed a nicodemus quoq; curatam fu  
isse commemorat. Consequenter enim a nicodemus incipiens  
ita narrat. Uenit autem & nicodemus qui uenerat ad ih̄m nocte  
primū ferens mixturā myrrae & aloes quasi libras centum.

D einde sequitur adiungens ipsum ioseph & dicit. acceperunt ergo  
corpus ih̄i. & ligauerunt eū linteis cum aromatib; sicut mos  
iudaeis. ē. sepelire. Erat autem. in loco ubi crucifixus est  
hostis. & in hostio monumentū nouum in quo nondum quisquā  
positus erat. ibi ergo propter parasceuen iudaeorū quia iuxta  
erat monumentū. posuerunt ih̄m. neq; hic aliquid repugnat  
recte intellegendis. Neq; enim illi qui de nicodemus tacuer̄  
adfirmauerunt a solo ioseph dñm sepultum quāuis solius  
commemorationē fecerint aut quia illi una sindone a ioseph  
inuolutum dixerunt. Propterea prohibuerunt intellegi  
& alia linteis potuisse afferi a nicodemus & super addi ut  
uerum narrat & iohannes. quod non uno linteis sed linteis  
inuolutus sit. quam uis & propter sudariū quod capiti ad  
hibebatur. & in stans quib; totum corpus adligatū. ē. quia  
omnia de lino erant & iā si una sindo ibi fuit uerissime  
dici potuit ligauerunt eū linteis. Linteas quippe generaliter  
dicuntur. quae lino texantur. Sequitur mattheus.

**XXIII. ERAT ANTĒ IBI MARIA MAGDALENE  
ET ALTERA MARIA SEDENTES CONTRA SEPULCHRŪ  
QUOD MARCUS ITA DICIT.**

MARIA magdalene. & maria ioseph aspiciabant ubi poneretur  
 unde nihil eos ex hoc dissentire manifestum est. Sequitur  
 mattheus. Altera autem die quae est post parasceuen con-  
 uenerunt principes sacerdotum & pharisei ad pilatum dicentes.  
 Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc ui-  
 uens post tres dies resurgere. Jube ergo custodire sepulchrum  
 usque in diem tertium. Ne forte ueniant discipuli eius &  
 furentur eum & dicant plebi surrexit a mortuis. Et  
 erit nouissimus error peior prior. ait illis pilatus.  
 Habetis custodiam. Ite custodite sicut scitis. Illi autem  
 abeuntes munierunt sepulchrum signanter lapidem cum  
 custodibus. hoc solus mattheus narrat. Nullo aliorum  
 narrante aliquid. Deinde sequitur idem mattheus & dicit.  
 Uesperis autem sabbati. quae uocatur prima sabbati. uenit  
 maria magdalenae & altera maria uidere sepulchrum. & ecce  
 tremotus factus est. magnus. angelus enim descendit  
 de caelo. & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum.  
 Erat autem aspectus eius sicut fulgor & uestimenta ei nix.  
 Pro timore autem eius exterriti sunt custodes & facti sunt  
 uelut mortui. Respondens autem angelus dixit mulie-  
 ribus nolite timere uos. scio enim quod ipsum qui crucifixus  
 est. quaeritis non est hic. Resurrexit enim sicut dixit. uenite  
 & uidete locum ubi positus erat dominus. Et cito euntes  
 dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce praecedit uos  
 in galileam ibi eum uidebitis ecce dixi uobis. hic marcus  
 consonat sed potest moueri. quomodo secundum mattheum  
 angelus super lapidem sedebat reuolutum a monumento.

Marcus enim Introeuntes eas in monumentū dicit uidisse  
 iuuenem sedentem in dextris coopectum stola candida &  
 obstipuisse. nisi intellegamus aut mattheū tacuisse de illo  
 Angelo. Quem Intrauerunt uiderunt. Marcū uero de illo tacu-  
 isse quem foris uiderunt sedentem sup lapidem ut duos  
 uiderint. & aduob; singillatim audierint quae dixerunt  
 angeli dei hū prius ab illo quem foris uiderunt sedentem  
 super lapidem. Deinde ab illo quem uiderunt Intraentes  
 in monumentū sedentem adextris. quo ut Intraerent illius  
 qui foris sedebat uerbis exostictesunt  dicentes.  
 Uenite uidete locū ubi positus erat dñs. quo uenientes ut  
 dictū est. & intrauerunt uiderunt eum. de quo mattheus  
 tacet. Marcus autem loquitur sedentem adextris. a quo  
 tali similiter audierunt. Aut ceste Intraentes in monu-  
 mentum In qua septec maceriae debemus accipere qua com-  
 munitum locū tunc fuisse credibile ē. In aliquo spatio  
 antepetram qua excisa locus factus fuerat sepulturae  
 ut ipsum uiderint In eodem spatio sedentem adextris.  
 quem dicit mattheus sedentem sup lapidem quem terremotis  
 ab hostio monumenti reuoluerat idē. a loco sepulchri quod  
 deorsum erat In petra. Item quae queri potest quem admodū  
 marcus dicat. Quia illi exeuntes fugerunt de monumento.  
 In uas erat enim eas tremor & pauor. & nemini quidquam  
 dixerunt. Timebant enim. Cum dicat mattheus & exie-  
 runt cito de monumento cum timore & gaudio magno  
 currenter nuntiare discipulis eius nisi intellegamus ipso-  
 rum angelorū nemine ausas fuisse aliquid dicere id est

respondere ad ea quae ab illis audierant aut certe custodibus; quos iacentes uiderunt. nam illud gaudium quod matthaeus commemorat non repugnat timori. De quo marcus dicit: debuius enim utrumque illud in animo factum intellegere & si ipse matthaeus de timore non diceret. Cum uero ipse dicat exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno. Nihil ex hac re quaestionis remanere permittit. De hora quoque ipsa qua uenerunt mulieres ad monumentum non contentenda exoritur quaestio. Cum enim matthaeus dicat. Uespere autem sabbati quae lucet cit in prima sabbati. uenit maria magdalenae & alia maria uidere sepulchrum. quid est. quod dicit marcus. & ualde mane una sabbatorum ueniunt ad monumentum. oriente iam sole. In quo quidem accideris duobus; id est lucas & iohanne non discrepat quod enim dicit lucas ualde diluculo. & iohannes mane cum adhuc tenebrae essent. hoc intellegitur a marco dicere. ualde mane oriente iam sole. id est. cum caelum ab orientis parte iam albesceret. quod non fit utique nisi solis orientis uicinitate enim eius est. ille fulgor qui nomine aurora appellari solet & ideo non repugnat illi qui ait. Cum adhuc tenebrae essent. die quippe surgente aliqua reliquia tenebrarum tanto magis extenuantur quanto magis oritur lux. Nec sic accipiendum est. quod ait ualde mane tamquam sol ipse iam uideretur super terram. sed potius sicut dicere solemus eis quibus uolumus significare. temperis aliquid faciendum. cum enim dixerimus mane ne putent

iam sole supra terrā conspicuo nos dicere ad hoc plerumq;  
 addimus. Ualde mane. ut illud quod & iā albescente uocatur  
 intellegant. Quam quam & hoc uisatum sicut post galli  
 cantum saepe reperitur. cum coniectare homines coeperint.  
 diem iam propinquare dicant. iam mane ē. & cum post  
 hoc uerbum adtenderint ac iam orientem id est iam  
 de proximo adueniente in hac parte sole. caelū rubescere  
 uel albescere uiderint. addant quid dicebant mane ē. &  
 dicant ualde mane ē. quid autem inter ē. dum siue  
 illo siue istomodo nihil aliud intellegamus a marco  
 appellatum mane nisi quod lucas appellauit diluculo. Et  
 quod iohannes. Mane cum adhuc tenebrae essent. Sole autē  
 oriente id ē. ostusuo iam caelū in luminare incipiente. Quo  
 modo ergo his trib; congruat mattheus qui nec diluculo  
 nec mane. sed uespere aut sabbati. attentius indagandū ē.

A peste quippe prima noctis quod ē. uespere ipsam noctem  
 uoluit significare mattheus cuius noctis fine uenerunt  
 mulieres ad monumentum. Et uero causa intellegitur  
 eandem noctem sic appellasse. Quia iam uespere licebat  
 afferre aromata. transacto utiq; sabbato. Ergo qm̄ sab  
 bato impediebantur ut non ante facerent. Ab eo tempore  
 nominauit noctem ex quo eis licere coepit. ut facerent  
 quod cūq; uellent tempore eiusdem noctis. sic itaq; dictū ē.  
 Uespere sabbati. ac si diceretur nocte diei sabbati quod  
 ipsa uerba eius satis indicant. Sic enim ait. uespere  
 autem sabbati que lucet & in prima sabbati. quod fieri  
 non potest si tantū modo primā noctis particulā id ē solū



initium noctis intellexerimus dicto uespere significata.  
neque enim ipsum initium lucescit in prima sabbati. sed  
ipsa nox. quae lucet incipit terminari. Nam terminus  
primae partis noctis. secundae partis initium. est. Lux autem  
terminus totius noctis est. Unde non potest dici  
uespere lucescens in prima sabbati. Nisi nomine uesperis  
nox ipsa intellegatur quam lux terminat & usitatus  
loquendi modus. est. diuinae scripturae. aperte totum. &  
uespere ergo noctem significauit. cuius extremus. est.  
diluculum. Diluculo enim uenerunt illae male res ad  
monumentum. & per hoc ea nocte uenerunt quae signifi-  
cata. est. nomine uesperis. Tota enim significata. est. eo no-  
mine ut dixi. Et ideo quaecumque eius noctis parte uenis-  
sent. ea utique nocte uenissent. Cum ergo uenerunt aperte  
eius extrema. ea proculdubio nocte uenerunt. Uespere  
autem quae lucescit in prima sabbati. Non potest nisi  
totae ipsa nox intellegi. Eo igitur uespere uenerunt.  
quae ipsa nocte uenerunt. Ipsa autem nocte uenerunt  
quae noctis ipsius quam uis extrema parte uenerunt.  
Nam & ipsum triduum quo dominus mortuus. est. & resurrexit  
nisi isto loquendi modo quo aperte totum dici solent.  
recte intellegi non potest. ipse quippe ait. Sicut  
enim Iona fuit in uentre caeti tribus diebus & tribus  
noctibus. sic erit & filius hominis in corde terreae  
tribus diebus & tribus noctibus. Computantur autem  
tempora siue ex quo tradidit spiritum. siue ex quo sepulatus est.  
Et non occurrit ad liquidum. nisi ad medium diem.

195  
hoc est ut sabbatum totum diem accipiamus. id est cum sua  
nocte. Illos autem qui eorum in medio posuerunt id est parasce  
uen & primam sabbati quem diem domini cum dicimus a parte totum  
intellegimus. quid enim iuuat. Quod quidam his angusti  
is constat & istum locutionis modum id est a parte totum  
in scripturarum soluendis questionibus plurimum  
uideri nescientes noctem uoluerunt ad numerare tres  
illas horas a sexta usque ad nonam quibus sol obscuratus est.  
Et diem tres horas alios quibus iterum terris est redditus.  
id est a nona usque ad eius occasum sequitur enim nox  
futuri sabbati quam cum suo die computata. Erunt iam  
duae noctes & duo dies. Porro autem post sabbatum  
sequitur nox primae sabbati. Id est in luciscentes diei dominici  
in qua tunc dominus resurrexit. Erunt ergo duae noctes  
& duo dies. & una nox & illa si tota possit intellegi nec con  
tenderemus quod illud diluculum pars eius extrema sit.  
quia propter nec ad numeratis illis sex horis quarum tribus  
sol contenebratus est. & tribus eluxit. constabit ratio trium  
dierum & trium noctium. Restat ergo ut illo scriptu  
rarum usitatissimo loquendi modo quo a parte totum  
intellegitur. Inueniamus extremum diem tempus parasce  
ues quo crucifixus est & sepultus est dominus. & ex ipsa extre  
ma parte totum diem cum sua nocte qui iam peractus  
fuerit accipiamus. Medium uero id est sabbati diem  
non a parte sed integre totum. Testium rursus a parte  
sua prima id est a nocte totum cum suo diurno tempore.  
sic erit triduum. Quem admodum illy octo dies post

<sup>in lapide alio um a marco id est illum qui ibi a monumento sedebat</sup>  
LIB.

quos ascendit in montem quorum medios integros attendens.  
Marcus dixit post sex dies quod alii dixerunt. post octo dies.  
¶ unciam cetera uideamus quem admodum mattheo congruat.  
Lucas enim apertissime duos angelos dicit uisos fuisse a  
mulieribus quae uenerunt ad monumentum. Quorum singulos  
intelleceramus commemoratos a duobus unum a mattheo.  
¶ Id est illum qui ex tra monumentum sedebat a dextris. sed  
lucas ita narrat. Et dies erat parasceues & sabbatum in lucer  
cebat. Subsecutae autem mulieres quae cum ipso uenerant  
de galilea uiderunt monumentum. & quem admodum positum  
erat corpus eius & reuestentes parauerunt aromata. & unguen  
ta. & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum;  
una autem sabbati ualde diluculo uenerunt ad monumentum.  
postea quae parauerant aromata. & inuenerunt lapidem  
reuolutum a monumento. & ingressae non inuenerunt cor  
pus domini ihesu. Et factum est dum mente consternate es  
sent de isto. Et ecce duo uiri steterunt secus illos in  
ueste fulgenti. Cum timerent autem & declinarent uultum  
in terram dixerunt ad illas. Quid quaeritis uiuentem cum  
mortuis. Non est hic. ~~Non est hic.~~ Sed surrexit. Recor  
damini qualiter locutus est uobiscum adhuc in galilea esse &  
dicent. Quia oportet filium hominis tradi in manus  
hominum peccatorum. & crucifigi & die tertia resurgere.  
Et recordatae sunt uerborum eius. & regressae a monumento.  
nuntiauerunt haec omnia illis undecim & ceteris omnibus.  
¶ Quomodo ergo singuli uisi sunt sedentes. Unus secundum  
mattheum foris super lapidem & alter secundum marcum

Intus adextris. Cum secundum lucam duo steterunt  
 secus illas. Quamuis similia dixerint possumus quidem  
 adhuc intellegere unum angelum uisum a mulieribus &  
 secundum mattheum & secundum marcum sicut supradixi-  
 mus ut eas ingressas in monumentum. sic accipiamus  
 in aliquod scilicet spatium quod erat aliqua maria com-  
 monitum ut intrari possent ante illum saxeam sepulcri  
 locum atque ibi uidisse angelum sedentem super lapidem  
 reuolutum a monumento sicut dicit mattheus ut hoc sit  
 factus sedentem adextris. Quod dicit marcus. Deinde intus  
 ab eis dum inspicerent locum in quo iacebat corpus dñi.  
 Uisus aliorum angelorum stantem sicut dicit lucas similia locutos.  
 ad earum exortandum animum & edificandam fidem. Sed  
 uideamus & illa quae iohannes dicit utrum uel quem admo-  
 dum his congruat. Sic ergo narrat iohannes. Una autem  
 sabbati maria magdalene uenit mane. Cum adhuc tenebrae  
 essent ad monumentum & uidit lapidem sublatum a monu-  
 mento. Currit ergo & uenit ad simonem petrum. & ad alium  
 discipulum quem amabat ihesus. & dicit eis. Tulerunt dominum  
 de monumento & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit  
 ergo petrus & ille alius discipulus. Et uenerunt ad monu-  
 mentum. Currebant autem duo simul. & ille alius disci-  
 pulus praecipue currit citius petro & uenit primus ad monu-  
 mentum. Et cum se inclinasset & uidit posita lintheami-  
 na. non tamen introiit. Uenit ergo simon petrus sequens  
 eum. & introiit in monumentum. & uidit lintheamina po-  
 sitae & sudarium quod fuerat super caput eius.

Non cum lintheaminibus positum. sed seperatim in uolutū  
 in unum locum. Tunc ergo introit & ille discipulis  
 qui uenerat primus ad monumentū. & uidit & credidit.  
 Non dum enim sciebāt scripturas. quia o postea eum amor  
 tuus resurgere. abierunt ergo iterum ad sem & ipsos  
 discipuli. MARIA autem stabat ad monumentū foris  
 plorans. Dum ergo flet & inclinauit se & prospexit  
 in monumentum. & uidit duos angelos in albis seden  
 tes. unum ad caput. & unum ad pedes ubi positum fu  
 erat corpus ihū. Dicunt ei illi. mulier quid ploras.  
 dicit eis. quia tulerunt dñm meum. & nesci ubi posu  
 erunt eum. Haec cum dixisset & conuersa ē. & rorsum.  
 & uidit ihū stantem & non sciebat quia ih̄s ē. Et dicit  
 ei ih̄s. mulier quid ploras quem quaeris. Illa existi  
 mans quia hostolanus ē. dicit ei. Dñe si tu sustulisti  
 illum. dicito mihi ubi posuisti eum & ego eum tollecem.  
 Dicit ei ih̄s. maria. conuersa illa dicit ei. Rabboni quod  
 dicitur magister dicit ei ih̄s. Nolime tangere nondū  
 enim ascendi ad patrem meum. Uade autem ad fratres  
 meos & dic eis. Ascendo ad patrem meum & patrem  
 uestrum. Dñm meum & dñm uestrum. Uenit maria  
 magdalenae adnuntians discipulis quia uidi dñm  
 & haec dixit mihi. In hac iohannis narratione de  
 uel tempus quo uentū est ad monumentū. Cum ceteris  
 conuenit. Illud & iā quod duo angeli uisusunt  
 concordat cum lucā. Sed quod ille stantem dicit ange  
 los uisos. iste autem sedentes. & cetera quae illi non dicunt.

quomodo hic possint intellegi. Non discrepare ac &eris  
 & quo ordine gestarint. nisi diligenter considerentur  
 repugnantia possunt uideri. Quapropter haec omnia  
 quaecumque tempus resurrectionis facta sunt. Secundum  
 omniu euangelistarū testimonia in unam quandam nar  
 rationem. Quantum nos dñs adiuuerit. quemadmodū  
 geri potuerint ordinemus. Prima sabbati diluculo.  
 Sicut omnes consentiunt. uentum ē. ad monumentū. iam  
 factum erat quod solus mattheus commemorat d&eræ  
 motu & lapide reuoluto. Conterritisq; custodibus  
 ita ut in parte aliqua uelut mortui iacerent. Uenit  
 autem sicut iohannes dicit. maria magdalenae sine  
 dubio cum c&eris mulierib; quae dño ministrauerant  
 plurimū dilectione feruentior ut non in merito  
 iohannes solam commemor& tacitis eis quaecum illa  
 fuerint. Sicut alii testantur. uenit ergo. & uidit lapi  
 dem sublectum a monumento antequam aliquid dili  
 gentius inspicer&. Non dubitans ablatum inde esse  
 corpus ihū. Cucurrit sicut dicit idem iohannes & nun  
 tiavit p&ro atq; ipsi iohanni. Ipse ē. enim discipulis  
 quem amabat ih̄s. ad illi currere coeperunt ad monu  
 mentū. Et p̄ueniens iohannes inclinauit se & uidit  
 posita lintheamina nec intrauit. P&rus autem con  
 secutus intrauit in monumentum. & uidit lintheami  
 na posita & sudarium quod fuerat super caput eius.  
 Non cum lintheaminib; positum sed separatim inuolutū.  
 Deinde iohannes intrauit & uidit similiter & credidit

quod maria dixerat sublatum esse dñm de monumento.  
**N**ondum enim sciebāt scripturas. quia oportebat eum a  
 mortuis resurgere. abierunt ergo iterum ad sem& ipsos  
 discipuly. maria autem stebat ad monumentū foris  
 plorans. idē. ante illud saxei sepulchri locum. Sed tamen  
 intra illud spatium quo iam ingressae fuerant. hostis  
 quippe illic erat. sicut idem iohannes commemorat.  
**T**unc uiderunt angelum sedentem ad dextris super lapidē  
 reuolutum a monumento. de quo angelo narrat matth  
 & marcus. Tunc eis dixit. Nolite timere uos. scio enim  
 quod ih̄m qui crucifixus ē. quaeritis. Non ē. hic. surrexit  
 enim sicut dixit. Venite uidete locum ubi positus erat  
 dñs. Et cito euntes dicite discipulis eius quia resur  
 rexit. Et ecce p̄cedit uos in galileā ibi eum uidebitis.  
**E**cce dixi uobis quib; similis marcus quoq; non tacuit  
 ad haec uerba. maria dum fler& inclinauit se & pros  
 pexit in monumentū & uidit duos angelos sicut dicit  
 iohannes in albis sedentes unum ad caput & unum ad pe  
 des ubi positum fuerat corpus ih̄u. Dicunt illi. mu  
 lier quid ploras. dicit eis qui a tulerunt dñm meum  
 & nescio ubi posuerunt eum. hinc intellegendisunt  
 surrexisse angeli. ut & iā stantes uiderentur. Sicut  
 eor lucas uisus fuisse commemorat. & dixisse secundū  
 eundem lucam timentib; mulieribus & uultum inter  
 rā declinantib;. Quid quaeritis uiuentem cum mor  
 tuis. Non ē. hic. sed surrexit. Recordamini qualiter  
 locutus ē. uobis cum adhuc in galilea ess& dicens.

quia oportet & filium hominis tradi in manus hominū pec-  
 catorum & crucifigi. & die tertia resurgere. Et recor-  
 datesunt uerborum eius. Post haec conuersa ē. & rorsū  
 maria & uidit ih̄m stantem sicut dicit iohannes. & non  
 sciebat quia ih̄s. ē. Dicit eis ih̄s. Mulier quid ploras  
 quem quaeris. Illa existimans quia hostolanus ē. dicit ei.  
 Dñe si tu sustulisti eum dicito mihi ubi posuisti eum & ego  
 eum tollam. Dicit ei ih̄s. maria conuersa illa dicit ei.  
 Rabboni quod dicitur magister. Dicit ei ih̄s. Nolum & ange-  
 re nondum enim ascendi ad patrem meum. Uade autem ad  
 fratres meos & diceis ascendo ad patrem meum. & ad patrē  
 uestrum dñm meū & dñm uestrum. Tunc egressa ē. a monu-  
 mento. Hoc est ab illo loco ubi erat hosti spxtium ante  
 lapidem efforsum. Et cum ille uixt quas secundum marcū  
 inuaserat tremor & pauor. & nemini quicquam dicebant.  
 Tunc iam secundum mattheum. Ecce ih̄s occurrit illis  
 dicens. habete. ille autem accesserunt & tenuerunt pe-  
 des eius & adorauerunt eum. Sic enim collegimus &  
 angelorum ad locutionem. bis numero eas habuisse  
 uenientes ad monumentū & ipsius dñi semel scilicet illis  
 quocundo maria hostulanū putauit. Et nunc iterum  
 cum eis occurrit in uia. ut eas ipsa repetitione firma-  
 re & atq; a timore recreare. Tunc ergo ait illis. Nolite  
 timere ite nuntiate fratrib; meis ut eant in galileam  
 ibi me uidebunt. Uenit ergo maria magdalenae  
 adnuntians discipulis quia uidi dñm. & haec ei dixit.  
 Non solū ipsa sed & aliae quas lucas commemorat.



quae nuntiauerunt haec discipulis undecim & ceteris omnibus & uisus sunt ante illos sicut de sacramentū uerba ista & non credebant illis. His & Marcus attestatur. Nam postea quam commemorauit eas trementes & pauentes exisse a monumento. & nemini quicquam dixisse adiunxit. quod resurgens dñs apparuerit mane prima sabbati. Primo mariae magdalenae de qua eiecerat septem daemona. Et quia illa uadens nuntiavit his qui cum eo fuerunt lugentibus & flentibus. & quia illi audientes quod uiueret & uisus esset ab ea non crediderunt. Sane mattheus & iam illud inseruit. abscedentibus mulieribus quae illa omnia uiderant. & audierant uenisse & iam quorundam in ciuitatem de illis custodibus qui iacuerant uelut mortui & nuntiasse principibus sacerdotum omnia quae facta erant. Hoc est quae & iam illi sentire potuerunt. illos uero congregatos cum senioribus. Consilio accepto pecuniam copiosam dedisse militibus. ut dicerent quod discipuli eius uenissent eumque furassent illis dormientibus. Pollicentes & iam securitatem a praeside quae eos custodes dederat & illos accepta pecunia fecisse sicut erant docti. Diuulgatumque esse uerbū istud apud iudaeos usque in hodiernum diem.

### **XV. IAM POST RESURRECTIONEM;**

Quemadmodum apparuerit dñs discipulis. considerandum est non solum ut elucescant & iam ex hac re conuenientia quattuor euangelistarum. Uerum & iam

ut cum paulo apostolo consonent qui hac re in prima  
 ad corinthios epistola ita loquitur. Tradi enim  
 vobis in primis quod & cecepi quia xps̄ mortuus ē.  
 pro peccatis nostris secundum scripturas & quia  
 sepultus ē. & quia resurrexit tertia die secundum  
 scripturas & quia apparuit caephe. postea duodecim.  
 Deinde apparuit plusquam quingentis fratrib; simul  
 ex quib; plures manent usq; adhuc. Quidam autem  
 dormierunt. postea apparuit iacobo. Deinde aposto  
 lis omnib; nouissimō autem omnium quasi ab ostio  
 apparuit & mihi. Hunc autem ordinem nullus euan  
 gelistarū tenuit. Unde considerandum ē. utrum  
 ordo quem illi tenuerunt huic non aduersetur. Nam  
 nec ille omnia. nec isti omnia dixerunt. Quae autem  
 dixerunt omnes utrū nihil inter se repugnent. Tan  
 tum uidendum ē. Lucas enim solus quattuor euan  
 gelistarū non dicit a mulieribus visum dñm. sed tan  
 tum modo angelos. Mattheus autem dicit quod  
 eis occurrerit. Redeuntib; a monumento. Marcus  
 quoq; dicit primo visum ēē mariam magdalene. sicut  
 & iohannes. Sed quomodo eis sit visus non dicit.  
 quod explicatur a iohanne. Lucas autem non solū  
 tunc ut dixi eum apparuisse mulieribus sed & iam  
 duob; quorum fuit unus cleopas. Talia dicit lo  
 cutor cum illo. antequam agnoscerent eum tamquam  
 mulieres. Nihil se aliud quam angelos uidisse nun  
 tiauerint. quid dicebant eum uidere. Ita enim narrat.

E cce duo ex illis ibant in ipsa die in castrum quod  
 s erat in spatio stadiorum .lxx ab hierusalem nomine  
 s emaus. & ipsi loquebantur adinuicem. de his omnibus  
 s quae acciderant. Et factum est. dum loquerentur  
 s & secum quaererent & ipse ih̄s ad propinquans ibat  
 s cum illis. Oculi autem illorum tenebantur necum  
 s agnoscerent. & ait illor. Qui sunt hi sermone quos  
 s confestis adinuicem ambulantes. & estis tristes. Et  
 s respondens unus cui nomen cleopas dixit ei. Tu so  
 s lus peregrinus es in hierusalem & non cognouisti quae  
 s facta sunt in illa his dieb; quibus ille dixit. quae  
 s & dixerunt de ih̄u nazareno qui fuit uir prophetae  
 s potens in opere & sermone coram dō. & omni populo  
 s & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotum  
 s & principes nostri in damnationem mortis. Et cru  
 s cifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse  
 s esset & redempturus isrl. Et nunc super haec omnia  
 s testia dies hodie quod haec facta sunt. Sed & mul  
 s eres quaedam ex nostris terruerunt nos. quae anteluce  
 s fuerunt ad monumentū & non inuento corpore eius.  
 s uenerunt dicentes se & iam uisionem angelorum uidis  
 s se. Quid dicunt eum uiuere. & abierunt quidam ex  
 s nostris ad monumentum & ita inuenerunt. <sup>si</sup> mulieres  
 s dixerunt. ipsum uero non uiderunt. Haec secundum  
 s lucam ita narrat ut meminisse ac recollere potuerunt  
 s quod a mulierib; dictum erat uel a discipulis qui cur  
 s rerant ad monumentū quando eis nuntiatum est.

quod ablatum in desit corpus eius & ipse quidem lucas p&ru  
 tantum dicit cucurrisse ad monumentū. & procū bentem  
 uidisse lintheamina sola posita & abisse secum mirantem  
 quod factū fuerat. Hoc autem de p&ro commemorat priusquā  
 narr& de his duob; quos in uenit in uia. postea quam narraū  
 de mulierib; quae uiderant angelos. & ab eis audierant. quod  
 resurrexiss&. tamquam tunc p&rus ad monumentū cu  
 currerit. Sed intellegitur hoc lucas recapitulando posu  
 isse de p&ro. Tunc enim cucurrit p&rus ad monumētū.  
 Q uocando & iohannes cum tantummodo a mulierib; p̄cipue  
 maria magdalenae nuntiatū eis fuerat de corpore ablato.  
 T unc autem illa nuntiauerat quando uidit lapidem auul  
 sum a monumento. Et postea facta sunt haec. de uisione  
 angelorum atq; ipsius dñi quibus numero apparuerat  
 mulierib; semel ad monumentū. Et iterum occurrent  
 reuertentib; a monumento. Hoc autem antequam duob;  
 illis in uia uisus fuiss&. quorū erat unus cleopas. Namq;  
 & cleopas. loquens cum dño. quem nondum agnoscebat.  
 N on p&rum dixisse ad monumentū. sed abierunt quidam  
 ex nostris inquit ad monumentū & ita inuenerunt sicut  
 mulieres dixerunt. quod & ipse recapitulando intellegitur  
 dixisse. Illud scilic& quod primo mulieres nuntiauerat  
 p&ro & iohanni. de ablato corpore dñi. ac per hoc cum ip  
 se lucas p&rum dixerit cucurrisse ad monumentū & cleo  
 p̄en dixisse ipse r&ulerit. quod quidam eorum ierant  
 ad monumentū. Intellegitur ad testem iohanni quod duo  
 ierant ad monumentū; Sed p&rum solum primocōme

morauit quia illi primitus maria nuntiauerat. Item po-  
 test mouere quod p̄trū non intrantem sed procumben-  
 tem dicit idem lucas uidisse sola lintheamina & disces-  
 sisse mirantem. cum iohannes dicat se potius ita ui-  
 disse hoc. ē. discipulū illum quem diligebat ih̄s  
 non intrasse in monumentū quo prior uenerat. Sed  
 cum se inclinasset uidisse posita lintheamina. Sed  
 & se ipsum postea dicit intrasse ita & p̄trū intel-  
 lendus est. Primo procumbens uidisse quod lucas  
 commemorat. iohannes tacet. Post autem ingressus.  
 sed ingressus tamen antequam iohannes intraret ut  
 omnes uerum dixisse sine ulla repugnantia repperiant.  
 O rdo ergo rerum qui esse potuit quemadmodum dñs  
 excepto quod iam mulierib; locutus erat. & iam a trib;  
 discipulis uisus fuerit secundum testimonia. Non solū  
 quatuor euangelistarum. sed & iā pauli apostoli contexen-  
 dus & demonstrandus. ē. Omnium ergo uirorum primo  
 apparuisse intellegitur p̄tro. Ex his dum taxat  
 omnibus quos euangelistae quatuor. & paulus apostolus  
 commemorauerunt. Ceterum si apparuit alicui eorum  
 priusquam p̄tro. quod omnes tacuerunt quis uel di-  
 cere audeat uel negare. Neq; enim. & paulus dixit  
 apparuit primo chephe. sed apparuit inquit caephae.  
 postea xij. Deinde apparuit plusquam quingentis  
 fratrib; simul. Sic autem non apparuit quibus duodecim  
 quemadmodum nec quibus quingentis. Fieri enim  
 potest ut d̄urba discipulorū fuerint isti xij.

Nescio quinam illos quos apostolus nominavit noniam  
 duodecim sed undecim diceret. Sicut non nulli & iam  
 codices habent. quod credo perturbator homines emen-  
 dasse. Putantes de illis duodecim apostolis dictum.  
 qui in iuda extinctam undecim erant. sed siue illi codi-  
 ces minus habeant qui undecim habent. Siue alios  
 quos duodecim apostolus paulus uelit intellegi.  
 siue sacramentum illum numeri & iam in undecim stare  
 uoluerit quia duo denarius in eis numerus. Ita mysticus  
 ut non possit in loco iudae nisi alius idē. mathias. ad  
 conseruandum sacramentum eiusdem numeri subrogari.  
 Quodlibet ergo eorum sit. nihil inde existit quod ueri-  
 tati. uel istorū alicui ueracissimo narratori. repugna-  
 re uideatur. probabilius tamen creditur. posteaquam  
 petro apparuit. Deinde apparuit se istis duob; quorū  
 erat unus cleophas de quib; lucas totum narrat. Marcus  
 autem breuiter ita per stringit. Post haec autem duob;  
 ex eis ambulanti bus ostensus ē. in alia effigie euntib;  
 in uillā. castellum quippe illud. quod absurde accep-  
 pimus & iam uillam potuisse appellari. quod nunc iam  
 appellatur ipsa bethleem quae ciuitas antea uocitata ē.  
 quamuis nunc sit honoris amplioris nomine dñi.  
 qui in illa natus ē. Sic per ecclesias omnium gentū  
 diffamato. & in codicib; quidem grecis agrum in-  
 uenimus quam uillā. Agri autem nomine non  
 castella tantū. uerū & iam municipia & coloniae  
 solent uocari ex tra ciuitatē quae caput & quasimat

est ceterarum. unde metropolis appellatur. quod autem ait  
marcus eis in alia effigie dñm apparuisse. quos lucas dicit  
quod eorum oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Oculis  
quippe eorum acciderat aliquid. quod ita manere pmissū  
ē. usq; ad fractionem panis. Ceteri mysterii causa ut eis  
in illo alia ostenderetur effigies. & sic eum non nisi in  
fractione panis agnoscerent. Sicut lucas narrante  
monstratur. Pro merito quippe mentis eorū adhuc igno-  
rantis quod oportebat xpm mori & resurgere. Simile  
aliquid eorum oculi passi sunt. non ueritate fallente sed  
ipsis ueritatem percipere non ualentibus; & aliud quam res est  
opinantibus; ne quis quā se xpm agnouisse arbitretur.  
Sicut uis corporis patris non est idē. ecclesiae cuius unitatē  
in sacramento panis commendat apostolus dicens. unus  
panis unum corpus multi sumus. ut cum eis benedictū  
panem porrigeret. aperirentur oculi eorum. & agnoscerent  
eum. aperirentur utiq; ad eius cognitionem. remotis  
scilicet impedimento quo tenebantur ne agnoscerent.  
Neq; enim clausis oculis ambulabant sed merat aliquid  
quo non sinerentur agnoscere quod uidebant. quod sci-  
licet & caligo & aliquis humor efficere solent. non quia  
dñs non poterat transformare carnem suam. ut alia reuera  
esset effigies. non quom solebant illi contueri. Quando  
quidem & ante passionem suam transformatus ē. in mon-  
te. & facies eius claresceret sicut sol. quale uult enim corpus  
de qualicumq; corpore uerum de uero facit. quid ea qua uera  
uerum uinum fecit. sed non ita fecit cum apparuit illis

152  
duobus in alia effigie non enim sicut erat apparuit eis quorum  
oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Non autem in con-  
gruenter accepimus hoc impedimentum in oculis eorum  
a satana factum fuisse ne agnosceretur ih̄s. sed tamen a  
xp̄o. ē. facta permissi uisq; ad sacramentū panis. ut unitate  
corporis eius participata remoueri intellegatur impedimētū  
inimici ut xp̄s possit agnosci. Nam ipsos esse istos  
de quibus & lucas narrat credendum est. qui dicit ipsos  
euntes nuntiasse ceteris. sicut lucas eos dicit. Surgentes  
eadem hora regressos esse hierusalem. & inuenisse congre-  
gatos undecim & eos quicum ipsis erant dicentes quod  
surrexit dñs uere & apparuit simoni. & tunc & iam ipsos  
narrasse quae gesta erant in uia. & quomodo eum cogno-  
uerint in fractione panis. iam ergo erat fama quod re-  
surrexerat ih̄s ab illis mulieribus facta. & a simone p̄tro  
cui icom apparuerat. Hoc enim isti duo inuenerunt  
loquentes ad quos in hierusalem uenerunt. fieri itaq; po-  
test ut timore prius in uia noluerint dicere quod eum  
audierant resurrexisse quando tantūmodo angelos  
dixerunt uisos esse mulieribus; ignorantes enim cum quo  
loquerentur. merito possint eē solliciti. ne quid par-  
sim dex̄pi resurrectione iactantes in manus incide-  
rent iudaeorum: quod autem ait marcus adnuntiauer̄  
ceteris nec illis crediderunt. Cum lucas dicat quod  
tam inde loquebantur uere resurrexisse dñm & simoni  
apparuisse. quid intellegendum est. nisi aliquo sibi fuisse  
qui hoc nollet credere. cui autem non eluceat. p̄t̄misse



marcum quae lucces narrando explicauit. hoc ē. quae  
cum illis locutus fuerit ih̄s. antequam agnoscerent  
eum. & quomodo eum in fractione panis agnouerint.  
Q uando quidem mox ut dixit eis apparuisse in alia  
effigie euntibus in uillā. continuo coniunxit & illi  
euntes nuntiauerunt ceteris nec illis crediderunt. qua  
si possint nuntiare quem non agnouerant. aut possent  
agnoscere quibus alia effigies eius apparuerat. quomodo  
ergo eum agnouerint ut nuntiare possent. Marcus  
sine dubio p̄termisit. quod ideo memoriae commen  
dandum ē. ut aduersus aduersere euangelistarum  
more ita p̄mittentium. quae non commemorant.  
E t coniungentium quae commemorant. ut eis qui usū  
in hac consideratione non habent non aliunde maxime  
error oriatur quo putent eos non sibi congruere.  
L ucas ergo sequitur & dicit. Dum haec autem locunt.  
ih̄s stetit in medio eorum & dicit eis. Pax uobis  
ego sum nolite timere. Conturbati uero & conterriti  
existimabant se sp̄m uidere & dixit eis. Quid tur  
bati estis. & cogitationes ascenderunt in corda uestra.  
U id & manus meas & pedes quia ipse ego sum. palpate  
& uidete quia sp̄s carnem & ossa non habet. sicut me  
uidetis habere. & cum haec dixisset. ostendit eis ma  
nus & pedes. hanc ostensionem dñi post resurrecti  
onem intellegitur. & iohannes commemorare sic  
loquens. Cum esset ergo sero die illo una sabba  
torum & fore essent clausae ubi erant discipuli

propter m&um iudaeorum. Uenit ih̄r & st&it in me  
dio & dixit eis. pax uobis. Et hoc cum dixisset  
ostendit eis manus & latus. Ac per hoc his uerbis  
iohannis possunt coniungi ea quae lucas dicit.

I dem autem iohannes p̄termitat. Ita enim lucas seq̄r.  
Adhuc autem illis non credentibus & mirantib; pre  
gaudio dixit. hab&is hic aliquid quod manduc&ur  
at illi obtulerunt ei partem piscis assi & f&ccuum mel  
lis. & cum manducasset coram eis sument reliquias de  
dit eis. his item uerbis possunt adiungi quae lucas  
tace&. Dicit autem iohannes. Gausisunt ergo disci  
puli uiso d̄no. Dixit ergo eis iterum. pax uobis.  
Sicut misit me pater & ego mitto uos. hoc cum dixisset  
& insufflauit & dixit eis. Accipite sp̄m sc̄m quo  
rum remiseritis peccata remittuntur eis. & quorū  
d&pnueritis d&entur. Hic rursus adiungamus  
quae iohannes p̄termisit. Lucas commemorat.  
& dixit ad eos. Haec sunt uerba quae locutus sum  
ad uos cum adhuc essem uobiscū qm̄ necesse ē. impleri  
omnia quae scriptae sunt in lege moysi & p̄ph&is &  
psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intel  
legerent scripturas. & dixit eis. Qm̄ sic scriptum ē.  
& sic oportebat pati xp̄m & resurgere a mortuis  
die tertia & p̄dicari in nomine eius paenitentiam  
& remissionem peccatorū in omnes gentes incipi  
entib; ab herusalem. Uos autem estis <sup>causa</sup> horum & ego  
mitto promissum patris mei in uos. Uos autem

sed & quo ad usq; induamini uirtutem ex alto. Ecce  
 quomodo commemorauit & lucas promissionem  
 sp̄s sc̄i quam non inuenimus a dño factam nisi  
 in euangelio iohannis quod non p̄tereunter ad uertē  
 dum est ut meminerimus quem ad modum sibi  
 euangelistae inuicem adtestantur. De quib; dam & iā  
 quae ipsi non dicunt. & tamen dicta nouerunt.  
 Post haec lucas quae gestasunt omnia p̄mittit. nec  
 omnino commemorat nisi quocumq; ih̄s ascendit in  
 caelum atq; id tamen ita coniungit quae si hoc sequan  
 tur. Haec uerba quae dixit cum hoc gestum sit.  
 una sabbatorum quodie dñs resurrexit. illud autem  
 quadragesimo die sicut idem ipse lucas in apostolorū  
 actib; narrat. quod autem dicit iohannes non cū  
 illis fuisse tunc apostolum thomam cum secundū  
 lucam duo illi quorū erat unus cleopas regressi  
 hierusalem inuenerint congregatos undecim. &  
 eos qui cū ipsis erant. proculdubio intellegendum ē.  
 quod inde thomas exierit. antequā eis dñs haec  
 loquentib; appareret. Hinc iam iohannes aliam  
 commemorat sui demonstrationem ad dño discipu  
 lis factam. Post dies octo ubi erat & thomas. qui  
 prius eum non uiderat. Et post dies octo in quib;  
 iterum erant discipuli eius intus & thomas cum  
 eis. uenit ih̄s ianuis clausis. & stetit in me  
 dio & dixit. pax uobis. Deinde dicit thomae.  
 Infer digitum tuum huc. & uide manus meas

& affert manum tuam & mitte in latus meum. & noluisse  
incredulus sed fidelis. Respondit thomas & dixit ei.

Dñs meus & dr meus. Dicit ei ihs. qui uidisti me credi  
disti. beati qui non uiderunt & crediderunt. Hanc  
secundam dñi uisionem erga discipulos factam idē.  
quam secundo loco iohannes commemorat. apud marcū  
possemus agnoscere breuiter eam sicuti ad solū & per  
stringentem nisi mouerē quod ibi ait. Nouissime  
recumbentib; illis undecim apparuit. Non ideo quia  
iohannes tacuit recumbentes. potuit hoc pmittere.

Sed quia iste dixit nouisse quasi ultra iam non eis ap  
paruere. Cum adhuc iohannes testiam sit eius nar  
raturus demonstrationem ad mare tiberiadis. Deinde  
quod dicit idem marcus exprobrans illis incredulitatē  
illorum & duritiam cordis. quia his qui uiderant  
eum resurrexisse non crediderant illis uidelicet duob;  
quib; in uillā euntib; apparuit postea quam resurrex.  
& p̄ro cui primitur eum apparuisse apud luccem  
uestigatum ē. foras se & marie magdalene & alius  
mulierib; quicum ille erant quando eis & ad monu  
mentum apparuit. & inde redeuntib; in itinere  
occurrit. Nam ita contexit narrationem idem marcū  
cū commemorasset breuiter de duob; illis quibus appa  
ruit in uillam euntibus quod nuntiasent ceteris  
nec illis creditum esset. Nouissime inquit recum  
bentibus illis undecim apparuit exprobrans incre  
dulitatem illorum & duritiā cordis. quia his qui

uiderant eum resurrexisse non crediderant. Quomodo  
 ergo nouissime quasi iam ultra eum non uiderunt.  
 Nouissimum quippe illud. ē. quod dñm apostoli in  
 terra uiderunt quando ascendit in caelum. Quod  
 factum est quadragesimo die p̄ eius resurrectionē.  
 Nam quid nam tunc exprobraturus erat quod non  
 credidissent<sup>er</sup> qui eum uiderant resurrexisse. quan  
 do iam & ipsi post resurrectionē totiens eum uiderant.  
 Et maxime ipso die resurrectionis eius idē una sabbati  
 iam circa noctem. Sicut lucas iohannesq; commemo  
 rant. Remanet igitur ut intellegamus eundem diem re  
 surrectionis eius id est unam sabbati. Quando eum  
 post diluculum uidit maria & aliae cum illa mulie  
 res. Quando & iam p̄ tris quando & illi duo quorū  
 erat unus cleopas? quos uidetur & iam idēst marcus  
 commemorare. Quando iam circa noctem illi unde  
 cim p̄ tris thomam & quicū eis erant. Quando eis  
 & isti quod uiderant narrauerant. Nunc & iam marcū  
 more suo breuiter commemorare uoluisse & ideo  
 dixisse nouissime quia ipso die hoc nouissimum  
 fuit. Nam incipiente nocturno tempore postea  
 quam illi de caestello ubi eum in fractione panis  
 agnouerant. Redierunt in hierusalē & inuenerunt  
 sicut dicit lucas illos undecim & eos quicum illis  
 erant iam loquentes de resurrectione dñi. & quod  
 uisus fuerit p̄ tris quib; & ipsi narrauerunt quod  
 in uia gestum erat. & quomodo eum cognouerint

in fractione panis. sederant utiq; ibi non credentes unde  
uerum est quod marcus dicit nec illis crediderunt.

H is ergo iam sicut marcus dicit discumbentibus  
& adhuc inde sicut lucas dicit loquentibus.  
Atq; in medio eorum dñs & ait illis. PAX uobiscū.  
Sicut lucas & iohannes. Foras autem decusae erant  
cum ad eos intrauit. Quod solus iohannes comme-  
morat uerbis itecq; dñi. Quae tunc eum locutum  
esse discipulis lucas iohannesq; dixerunt inter-  
ponitur. & illa exprobratio de qua marcus dicit  
quod non crediderint eis qui eum resurrexisse  
uiderant. Sed hoc rursus mouet quomodo discum-  
bentib; undecim ait. apparuisse marcus. Si illud  
tempus ē. diei dominici iam noctis initio quod  
lucas iohannesq; meminerunt. a peste quippe iohannē  
dicit non cum eis tunc fuisse apostolum thomam.  
quem credimus exisse inde antequam dñs ad eos  
intraerē. Postea quam illi duo redeuntes de castello  
cum ipsis undecim conlocuti sunt sicut apud lucam  
inuenitur. sed lucas in sua narratione dat locum quo  
possit intellegi. Dum haec loquerentur prius inde  
exisse thomam. & postea dñm intrasse. Marcus  
autem qui dicit. Nouissime recumbentib; illis  
undecim apparuit & iā thomam illic fuisse cogit  
fateri. Nisi forte quāuis uno absente undecim tam  
uoluit appellere. quia eadem tunc apostolica societas  
hoc numero nuncupatur. antequā matthias in locū

iudae subrogatur aut si hoc durum. ē. sic accipere illud ergo accipiamus. post multas demonstrationes eius quibus per dies xl discipulis presentatus. ē. eum & iam nouissime recumbentibus; illis undecim apparuisse. id. ē. ipso quadagesimo die. & quoniam iam erat ab eis ascensurus in caelum. hoc eis illo die maxime exprobrare uoluisse. quia hi qui uiderant eum resurrexisse non crediderant. Antequam ipsi eum uiderent. Cum utique post ascensionem suam predicantibus; illis euangelium & iam gentes quod non uiderunt fuerant crediturae.

**P**ost illam quippe exprobrationem secutus ait idem marcus & dixit eis euntes in mundum uniuersum predicare euangelium omni creaturae. qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. qui uero non crediderit condemnabitur. Hoc ergo predicaturi quoniam qui non crediderit condemnabitur. Cum id utique non crediderit quod non uidit. Nonne ipsi primitus fuerant obiurgandi quod antequam dominum uidissent non crediderunt eis quibus; prius apparuisset. Hanc autem nouissimam fuisse corporaliter in terra representationem domini apostolis. & iam illud admonet. ut credamus quod ita sequitur idem marcus. Signa autem eos qui crediderint haec sequentur. In nomine meo daemones eicient. linguis loquentur nouis serpentes tollent. & si mortiferum quid biberint. non eis nocebit.

**S**uper aegrotos manus inponent & bene habebunt. Deinde subiungit. & dominus quidem postquam locutus est eis.

Adsumptus est. In caelum & sedit ad dexteris dei. Illi autem pro  
 fecti predicauerunt ubique; domino cooperante & sermonem  
 confirmante sequentibus signis. Cum ergo dicit &  
 dominus quidem postquam locutus est. eis adsumptus est. In cae-  
 lum. Satis uideatur ostendere nouissimum. Cum  
 illis in terra hunc eum habuisse sermonem. Quamuis  
 non omnino ad id constare uideatur. Non enim ait.  
 Postquam haec locutus est. eis. sed postquam locutus est. eis.  
 unde admittit sine necessitate cogere & non istam fuisse  
 nouissimam locutionem nec istum fuisse nouissimum  
 diem quo eis in terra praesens fuit. Sed ad omnia quae  
 cum eis omnibus illis diebus locutus est. posse pertinere  
 quod dictum est. Postquam locutus est. eis. adsumptus  
 est in caelum. sed quia ecc quae supra diximus magis  
 suadent hunc nouissimum diem fuisse. quam ut in-  
 tellegantur undecim qui thoma absente decim fuerunt.  
 Ideo post hanc locutionem quam marcus commemorat  
 adiunctis & iam consequenter illis uerbis uel disci-  
 pulorum uel ipsius quae commemorantur in actibus  
 apostolorum credendum est. adsumptum dominum in caelum  
 quadragesimo scilicet die. post diem resurrectionis  
 eius. Iohannes autem quamuis fateatur multa se  
 praetermisisse quae fecit ihesus. Uoluit tamen & iam  
 testiam eius representationem discipulis post resur-  
 rectionem factam commemorare ad mare tiberi-  
 adis. septem scilicet discipulis petro thomae.  
 matthaeo heli & filiis zebedei & aliis duobus quos



nominatim non expressit cum piscarentur quando  
iussu eius rētia mittentes in dextram partem extraxe-  
runt magnos pisces centum quinquaginta tres  
quando & iam p̄rū ter Interrogauit utrum ab  
illo amaretur & ei piscendas commendauit oues  
suas. & de eius ipsius passione p̄dixit. Et de ipso  
Iohanne ait. sic cum uolo manere donec ueniam  
ad hoc Iohannes euangeliū suum terminauit.

¶ Iam nunc quaerendum ē. quando primū uisus sit  
ad discipulis in galilea quia & hoc quod testio nar-  
rat Iohannes in galilea factum ē. ad mare tiberi-  
adis. quod facile uidet. qui recolat illud miracu-  
lum de panib; quinque quod ita narrare incipit  
idem Iohannes. Post haec abiit ih̄s trans mare  
galileae tiberiadis. ubi autem putari potest primū  
ad discipulis post resurrectionem uideri debuisse  
nisi in galilea. Si recolantur uerba illius angelij  
qui secundū mattheum uenientib; admonimentū  
mulieribus ita loquitur. Noli te timere uos.  
scio enim quod ih̄m qui crucifixus est quaeritis.  
non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite  
uide e locum ubi positus erit dñs. Et cito euntes  
dicite discipulis eius quia surrexit. Et ecce pre-  
cedite uos in galileam ibi eum uidetis. Ecce p̄-  
dixi uobis. Item secundū marcum si ipse sit  
angelus siue alius. Nolite inquit ex pauescere  
ih̄m quaeritis mazarenum crucifixum. Surrexit.

non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Sedite  
 dicite discipulis eius & p̄ro quia p̄cedet uos in gal  
 leam ibi eum uidebitis sicut dixit uobis. Haec  
 uerba ita uidentur sonare quod ihs non erat se  
 demonstraturus post resurrectionem discipulis  
 nisi in galilea. Quam demonstrationem nec ipse marcus  
 commemorauit quem dixit prima mane sabbati  
 apparuisse primo mariae magdalene & illam nuntias  
 se discipulis his qui cum eo fuerant. Lugentibus &  
 flentibus. illos autem non credidisse. Post haec  
 deinde duobus ex his apparuisse euntibus in illam  
 & illos ceteris nuntiasse quod factum est. Sicut  
 lucas & iohannes coadtestantur in hierusalem  
 eodem ipso die resurrectionis initio iam noctis.  
 Deinde uenit ad illam eius manifestationem quam  
 nouissimam dicit. recumbentibus illis undecim.  
 Post haec dicit eum adsumptum in caelum. quod factum  
 scimus in monte oliuæ. Non longe ab hierusalem.  
 Nusquam igitur commemorat marcus eam plerumque  
 quod ab angelo p̄nuntiata esset & estatur. Mattheus  
 uero nihil aliud dicit. Nec ullum alium locum om  
 nino commemorat uel uita uel p̄ea ubi discipuli  
 postea quam resurrexit uiderunt dñm. nisi in galilea.  
 secundum angeli p̄dicationem. Denique cum  
 insinuasset quod ab angelo mulieribus dictum sit.  
 Et illis abeuntibus subiecisset quod de corruptis ad  
 mentiendum custodibus gestum sit. Continuo

tamquam nihil aliud sequeretur. quia & reuera sic  
 erat dictum ab angelo surrexit & ecce p̄cedet uos  
 in galileā ibi eum uidebitis. ut nihil aliud sequi  
 debuisse uideatur. Undecim autem inquit  
 discipuli abierunt in galileam in montem ubi con-  
 stituerat illis ih̄s. Et uidentes eum adorauerunt.  
 quidam autem dubitauerunt. & accedentes ih̄s locu-  
 tus est eis dicens. Data ē. mihi omnis potestas in  
 caelo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes  
 baptizantes eos in nomine patris & filij & sp̄s sc̄i.  
 Docentes seruare omnia quaecumq; mandaui uobis.  
 Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad cō-  
 summationem saeculi. Ita mattheus clausit euen-  
 gelium suum. Ac hoc si aliorum considerate nar-  
 rationes ad diligentiore inquisitionem non con-  
 plerent. Nihil aliud arbitremur. nisi dñm post  
 resurrectionem nusquam p̄ter in galileam primū  
 esse ad discipulis uisum. Item si marcus de illa p̄nun-  
 tiatione angeli tacuisse. Possit cuiquam putari  
 mattheus ideo dixisse discipulos abisse in galileā  
 in montem. atq; ibi adorasse dñm. ut implēum  
 uideretur quod ipse per euangeliū mandatum  
 ac p̄nuntiatum esse narrauerat. Nunc autē  
 & lucas ac iohannes satis dilucide manifestant  
 ipso die resurrectionis eius uisum esse dñm in  
 hierusalem ad discipulis suis. Unde ita longe est  
 galilea ut uno die ab eis utroq; loco uideri n̄ possit.

Et marcus illicem quidem p̄dicationem angeli similiter  
narrant. In galilea uero uisum a discipulis dñm post  
resurrectionem nusquā commemorans uehementer  
cogunt quaerere quemadmodū dictum sit. Ecce p̄cedit  
uos in galileā ibi eū uidebitis. Nam & ipse mattheus  
si omnino non diceret undecim discipulos abisse in  
montem in galileā ubi constituerat eis ih̄s. & illic eum  
uidisse atq; adorasse. nihil ex hac p̄dicatione complētū  
ad litterā putaremur. sed totū figurata significatione  
p̄dictum sicut illud secundū lucam. Ecce hodie &  
cras eicio daemona. & sanitates facio. & testis con  
summabor. quod ad litterā certum ē. Non ē complētū  
si angelus dixisset. p̄cedit uos in galileā. ibi primū  
eum uidebitis aut ibi tantū eum uidebitis. aut si non  
nisi ibi eum uidebitis. Ceteris euangelistis mattheus  
sine dubio repugnat. Cum uero dictum ē. ecce p̄cedit  
uos in galileā ibi eum uidebitis. Nec expressum ē.  
quando id futurū esset & utrum an primū antequā  
alibi ab eis uisus esset. An postea quam eum alicubi  
& iā p̄ter galileā uidissent. idq; ipsum quod disci  
pulos mattheus dicit isse in galileam in montem.  
Non exprimit diem nec narrandi ordinem ita con  
textit ut necessitatē ingerat. Nihil aliud intellegen  
di quam hoc primitus factum. Non aduersatur  
quidem narrationib; ceterorū & dat eis intellegendis  
atq; percipiendis locum. Uerum tamen quod dñs  
non ubi primū sede monstraturus erat. sed in galileā

ubi necessario postea uisus ē. se uidentū mandauit  
 & p̄ angelū dicentem ecce p̄cedet uos in galileam  
 ibi eum uidebitis. Et per seipsum dicens. Ite nuntia  
 te fratrib; meis ut eant in galileam ibi me uidebunt.  
 Quem uis fidelem facit. Intentum ad quaerendum  
 In quo misterio dictum intellegatur. Sed prius  
 considerandum est quando & iā corporaliter in gali  
 lea uideri potuerit dicente mattheo. Undecim  
 autem discipuli abierunt in galileā in montem  
 ubi constituerat illis ih̄s. & uidenter eum adorauē  
 runt. quidam autem dubitauerunt quia enim non  
 ipso die quo resurrexit. Manifestū est. Nam in  
 hierusalē uisum esse in initio noctis. Lucas & iohannē  
 apertissime consonant. Marcus autem non aptem  
 non apte quando ergo uiderunt <sup>dn̄m</sup> in galileā non secun  
 dum id quod dicit iohannes ad mare tiberiadis.  
 Tunc enim septem fuerunt. Et piscentes inuenta  
 sunt. Sed secundū id quod dicit mattheus ubi  
 erant undecim in montē quo eos secundum p̄dic  
 tionem angelū ih̄s p̄cesserat. Nam ita narrare  
 apparet quod illic eum reperierint. Quia utiq;  
 secundum constitutū p̄cesserat. Non ergo ipso  
 die quo resurrexit. Neq; in consequentib; octo  
 dieb; post quos dicit iohannes discipulis ap  
 paruisse dn̄m. Ubi eum primo uidit thomas  
 qui eum non uiderat die resurrectionis eius.  
 Nam utiq; si intra eosdem octo dies eū in monte  
 galileę

159

Iam illi undecim uiderant. quomodo post octo dies cum  
primum uidit thomas qui in illis undecim fuerat.  
Nisi quis dicat non illos undecim qui iam tunc apos-  
toli uocabantur. sed discipulos illic undecim fuisse.  
ex multo numero discipulorum. soli quippe adhuc  
uocabantur apostoli illi undecim sed non soli  
erant discipuli. Potest ergo fieri ut non omnes  
sed aliqui eorum ibi fuerint. Alii uero discipuli cum  
eis ita ut undecim complerentur ac si non ibi fuisse  
thomam qui post illos dies octo primo dominum uidit.  
Marcus quippe quando illos undecim commemorauit.  
Non ut cumque undecim. Sed illis inquit undecim  
apparuit. Lucas & iam regressi sunt inquit iherusa-  
lem & inuenerunt congregatos undecim & eos qui  
cum ipsis erant & iste ostendit illos undecim.  
hoc est apostolos fuisse nam cum adiunxit. & eos qui  
cum ipsis erant satis utique declarauit & eminen-  
tius illos undecim appellatos cum quibus erant ceteri.  
alexandri intelleguntur qui iam uocabantur apostoli.  
hoc proinde fieri potuit ut ex numero apostolorum  
& aliorum discipulorum undecim discipuli comple-  
rentur qui uiderint intra illos octo dies in gali-  
leea montem iherusalem. Sed occurrit aliud quod  
obsistat. Johannes enim quando commemorauit  
non in monte ab undecim sed ad mare tiberiadis  
a septem piscantibus uisum esse dominum. hoc iam testis  
inquit manifestatus est. ihesus discipulis cum resurrexisset

Amos tuis. si autem acceperimus intra illos octidies.  
 Antequam thomas eum uideret & ab undecim quibus  
 que discipulis dñm uisum non erit hoc ad mare  
 tiberiadis testio manifestatum esse sed quarto.  
 quod quidem cauendum est. Ne quis existimet  
 testio iohannem dixisse. Tamquam tres sole facte  
 fuerint manifestationes eius. sed hoc intellegen  
 dus est ad numerum dierum & uisus se non ad numerum  
 ipsarum manifestationum. nec continuorum  
 dierum. sed per intervalle sicut idem ipse testatur.  
**N**am primo ipso die resurrectionis suae excepto  
 quod a mulieribus uisus est. id est. quod in euangelio  
 clar & ter se manifestauit. semel p & r iterum duob;  
 illis quorum erat unus cleopas testio plurimis iam  
 inde conloquentibus noctis exordio sed hoc totum  
 iohannes ad unum diem referens. semel computat.  
 iterum autem hoc est. alio die quando eum uidit &  
 thomas. testio uero ad mare tiberiadis. hoc est.  
 testio die manifestationis eius. Non testio  
 manifestatione. ac per hoc. Post haec omnia  
 cogimur intellegere factum esse quod eum  
 in monte galileae secundum mattheum discipulis  
 undecim uiderunt. quo eos secundum constitutum  
 preces seruat. ut impleretur & iam ad litteram quod  
 & p angelum & p se ipsum p dixerat. Inuenimus itaq;  
 apud quatuor euangelistas decies commemoratum  
 dñm uisum esse ab omnibus post resurrectionem.

semel ad monumentum mulieribus: iterum eisdem  
 regredientibus: a monumento in itinere. tertio post  
 quanto duobus euntibus: in castella quinto pluribus  
 in hierusalem ubi non erat thomas. sexto ubi eum  
 uidit thomas. septimo ad mare tiberiadis. Octavo  
 in monte galileae. secundum mattheum quotiens

foris in margine  
 legendum est

**dn̄s discipulis suis post resurrectionē apparuisse  
 ostenditur.**

Nono quod dicit marcus nouissime  
 recumbentibus: qui iam non erant in terra cum illo  
 conuiuantur. Decimo in ipso die non iam in terra  
 sed eleuatum in nubem. Cum in caelum ascenderet.  
 quod marcus & lucas commemorant. Marcus  
 quidem post illud quod eis discumbentibus appa  
 ruit ita continuans ut diceret. & dn̄s quidem  
 postquam locutus est eis adsumptus est in caelum.

Lucas autem propter misis omnibus: quae per quadraginta  
 dies agi ab illo cum discipulis potuerunt. Illi pri  
 mo diei resurrectionis eius quando in hierusalem  
 pluribus apparuit. Coniungit tacite nouissimum  
 diem quo ascendit in caelum ita narrans. eduxit  
 autem illos foras in bethaniam. & eleuatis manibus suis  
 benedixit eis. Et factum est cum benediceret eis.

Recessit ab eis & ferebatur in caelum. Uiderunt  
 ergo eum. propter quod in terra uiderant. Etiam  
 dum fereretur in caelum. Totiens ergo in euange  
 licis libris commemoratus est. ab hominibus uisus  
 antequam ascenderet in caelum. In terra scilicet



nouier & in aere semel ascendens, sed non omnia  
scripta sunt. Sicut iohannes fatetur. Crebra  
enim erat eius cum illis conuersatio. per dies qua-  
draginta prius quam ascendisset in caelum. Non  
tamen eis per omnes quadraginta continuos appa-  
ruerat. Nam post diem primum resurrectionis  
eius. alior octo dies interuenisse dicit iohannes.  
Post quos eis rursus apparuit. Testis autem  
ad mare tiberiadis fossit et continuo consequen-  
tidie. Nihil enim repugnat. Et deinde quan-  
do uoluit constituens eis. Quod & ante praedixerat  
ut eos in galileae montem praecederet. atque omni-  
no per illos quadraginta dies quotiens uoluit  
quibus; uoluit quem admodum uoluit. sicut per  
dicit. quando eum cornelio & his qui cum illo  
fuerant praedicebat quis simul inquit mandu-  
cucimus & bibimus. <sup>cu illo.</sup> Post hoc quam resurrexit  
amotuis. per dies quadraginta. Non quod cotidie  
per dies quadraginta cum illo manducassent &  
bibissent. Nam erit contrarium iohanni qui octo  
illos dies interposuit. quibus; eis uisus est. ut testis  
manifestaretur ad mare tiberiadis. Inde iam & iam  
cotidie illis uisus & cum illis conuiuatus est. ni-  
hil repugnat. Fossit se ideo dictum est per qua-  
draginta dies. Qui quater deni sunt in ministerio  
uel totius mundi uel totius temporalis saeculi.  
Qui & illi primi decem dies in quibus; erant illi

octo dies a parte totum pot sunt more scripturarū  
 non dissonē computari. Conferatur ergo & quod  
 ait apostolus paulus utrū nihil afferat quaestioni.  
 Resurrexit inquit tertio die secundū scripturas &  
 apparuit caephe non dixit primo apparuit caephe?  
 Nam est & contrariū. quod primo mulierib; apparuit  
 se in euangelio legitur. Postea inquit duodecim  
 quib; lib& qual hora lib& ipso tamen resurrectionis  
 die. Deinde apparuit plus quā quingentis fratrib;  
 simul siue isti cū illis undecim erant congregati.  
 Clausis ostiis propter m&um iudaeorū undecim exis  
 s& thomas uenit ad eos ihs. Siue post octo illos dies  
 quando lib& nihil hab& aduersū? postea inquit appa  
 ruit iacobo. Non tunc iam primō accipere debemus  
 uisum esse iacobo. Sed aliqua propria manifestati  
 one singulocriter. Deinde apostolis omnibus.  
 Nec illis tunc primū sed iā ut familiarib; conuersar&  
 cum eis usq; ad diem ascensionis suae. Nouissimo autē  
 omnium inquit quasi ab ostiis apparuit & mihi. Sed  
 hoc iam de caelo. Non post paruū tempus ascensionis  
 suae. Nunc iam uidecimus quod distuleramus cuius  
 misterii gratia secundū mattheū & marcū. Resur  
 gens ita mandauerit. precedā uos in galileā ibi me  
 uidebitis. quod & si conpl&um ē. cum mandatu sit.  
 Quam quā sine p̄iudicio necessitatis ut aut hoc solū  
 aut hoc primū expectaretur fieri debuisse. Procul  
 dubio ergo qm̄ uox ē ista non euangelista enarrantis

quod ita factum sit. sed angeli ex mandato dñi & ipsi  
ur postea dñi. Euangelistae autem narrantis. sed quo  
ita ab angelo & ad dño dictū sit. proph&ia dictum  
accipiendum. ē. Galilea nāq; interpretatur uel trans  
migratio uel reuelatio. Prius itaq; secundum  
transmigrationis significationem. Quid aliud  
occurrit intellegendum. Praecedit uos. In galileam  
ibi eum uidebitis. nisi quia xp̄i gratia de populo  
isrl̄ transmigratione erat ad gentes. quib; apostoli  
p̄dicantes euangeliū nullo modo crederentur. nisi  
eis ipse dñs uia in cordib; hominū p̄parar&. Et hoc  
Intellegitur p̄cedit uos in galileā. Quod autem gauden  
ter mirarentur. disruptis & uictis difficultatib; aperiri  
sibi ostium in dño. per inluminationē fidelū. hoc  
intellegitur; ibi eum uidebitis. idē. ibi membra eius  
inueni&is ibi uiuum corpus eius in his qui uos  
susceperint agnos&is. Secundum autē illud quod  
galilea interpretatur reuelatio. Non iam in forma  
serui intellegendus. ē. sed in ille in qua aequalis. ē.  
patri. quam promisit apud iohannē dilectorib;  
suis. cum dicer&. & ego diligā eum & ostendam  
me ipsum illi. Non utiq; secundum id est quod iam  
uidebant. & quod & iā resurgens cum ciuitatib;  
non solum uidentē & iā tangendū post modū  
ostendit. Sed secundū illā ineffabilem lucem qua  
inluminat omnem hominem uenientem in hunc  
mundū secundū quā luc& in tenebris & tenebrae eū

non comprehenderunt. Illuc nos processit unde ad nos  
ueniens non recessit & quoniam procedens non deseruit.

Illa erit reuelatio tamquam reuera galilea. Cum similes  
ei erimus ibi eum uidebimus sicuti est ipsa erat & iam  
beatior trans migratio ex isto saeculo in illam aeter-  
nitatem si eius precepta sic amplectamur ut ad eius dexte-  
ram segregari mereamur. Tunc enim ibunt sinis-  
tri in combustionem aeternam. Iustiauit in uita aeterna.  
Hinc illuc transmigrabunt & ibi eum uidebunt quomo-  
do non uident impii. Tollatur enim impius ut non  
uideat claritatem domini & impii lumen non uidebunt.

Haec est autem inquit uita aeterna ut cognoscant te  
unum uerum dominum & quem misisti ihesum christum. Sicut in  
illa aeternitate cognoscitur quomodo seruos perducet  
per formam serui ut liberi contemplantur formam domini.

EXPLICIT. LIBER. III;

INCIPIT; LIB; QVARTVS;

Nunciamus quomodo matthei narrationem contextum  
considerantes et ceteros <sup>alios</sup> conferentes usque

in fine in nullo eos uel simi; uel in se repugnare docui-  
mus.

Marcum similiter uideamus ut exceptis his quae cum mattheo  
dixit. De quibus iam quod differendum uidebatur absol-  
uimus. Cetera eius inspecta atque conlata nullie eorum repug-  
nare monstrantur usque ad cenam domini. Nam in de i. omnia.

omnium quattuor quemadmodum sibi conueniant usq;  
in finem considerata tractauimus. Sic ergo incipit marc.

**I. IN TIU EUNGEI. IHU XPI. FILII DI SICUT  
SCRIPTU. E. IN ESIA PROPHETA.**

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Et ingrediuntur  
capharnaum. & statim sabbatis ingressus synagoga  
docebat eos in hac tota contextione omnia supe-  
riora cum mattheo considerata sunt. Hoc autem  
marcus quia ingressus capharnaum. In synagoga eorum  
docebat eos sabbatis. cum lucas dixisset. nihil habet  
quaestioni. sequitur marcus & dicit. II.

**ET STUPEBANT SUP DOCTRINA EUS:**

**ERAT ENIM DOCENS EOS QUASI POTESTATEM  
HABENS ET NON SICUT Sicut SCRIBAE;**

Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo  
& exclaimauit dicens quid nobis & tibi ihu nazarene.  
uenisti perdere nos. & cetera usq; ad eum locum  
ubi ait. Et erat predicans in synagogis eorum &  
omni galileae. & daemona eiciens. & in hoc toto  
loco quauis sint quaedam quae cum solo lucas dixit.

Tamen iam tractata sunt cum matthei narratione  
continua teneremus. quia in ipso ordinem sic  
incurrerant ut ea praetermittenda non arbitraretur.  
Sequitur idem marcus. III.

**ET UENIT AD EU LEPROSUS DEPENSUS EU ET GENU  
FLEXO DIXIT. Suis. potes me mundare;**

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Et clamabant dicentes.

T uer filiar dī. & uehementer comminabatur eis nemani  
 festarent illum: huic quod ultimū posuimus simile  
 aliquid. & lucas dicit. sed sine aliqua repugnantiae  
 quaestione. Sequitur marcus. Et ascendens in mon  
 tem. Uocauit adsequor uoluit ipse & uenerunt  
 ad eum & fecit ut essent duodecim cum illo & ut mit  
 teret eos p̄dicare. & dedit illis potestatem curandi  
 infirmitates. & eiciendi daemona. & inposuit simo  
 ni nomen p̄trus. & cetera usq; ad illud ubi ait.

Et abiit & coepit p̄dicare in decapoly. quanta sibi  
 fecisset. & om̄s mirabantur de nominib; discipuloꝝ  
 iam & ante locutum scio cum matthei ordinem  
 sequeret & hic rursus admoneo. ne quisquā putet  
 nunc accepisse nomen s̄imonē ut p̄trus uocaretur.  
 & sit contrariū iohanni qui longe ante illi dictum ēē  
 commemorat. tu uocaberis caephas quod int̄p̄tatur  
 p̄trus ipsa enim uerba dñi commemorauit quib; ei  
 nomen inposuit. Marcus autem hoc loco id recap  
 tulando commemorauit cum ait. & inposuit s̄imoni  
 nomen p̄trus. Cum enim uellet nomina duodecim  
 apostolorū enumerare. & necesse haberet p̄trum  
 dicere breuiter insinuare uoluit. quod non hoc ante  
 uocaretur. Sed hoc ei dñs nomen inposuerit non tunc  
 sed quando iohannes ipsa uerba dñi posuit. & cetera  
 nihil cuiquā repugnant & ante iam p̄tractata sunt.

Sequitur marcus. III.

**ET CŪ TRANSCENDISSET IHS IN NIUI RURSUS**

TRANSFRETU CONIUNCTUR BVS ADULTA ADILLU  
ET ERAT CIRCA MARE.

Et cetera usq; ad illud ubi ait. Et ecce uenienter  
apostoli ad ihm. renuntiauerunt illi omnia quae  
egerant & docuerant hoc ultimū dixit. Cum luca  
nihil discordans. cetera iam <sup>ante</sup> tractata sunt. seq̄ mare.  
Et ait illis. uenite seorsum in desertum locum & re  
quiescite pusillum. Et cetera usq; ad illud ubi ait.  
Quanto autem eis praecipiebat. tanto magis plur̄ p̄di  
cabant. Et eo amplius ammirabantur dicentes.  
Bene omnia fecit. & surdos fecit audire & mutos loqui.  
In his cum luca marcus nihil. ē. quod repugnare uide  
atur. Et superiora. omnia iam considerauimus  
quando eos mattheo conferebamus. Sed cauendum  
ē. ne quisquam arbitretur hoc quod in ultimo ex  
euangelio marci posui repugnare omnibus qui eum  
aliter eius plerisq; factis & dictis ostendunt scisse  
quid ageretur in hominibus. id est quod eum cogita  
tiones & uoluntates eorū latere non potuerant.  
Sicut aptissime iohannes dicit. Ipse autem ihs  
non credebat semetipsum eis eo quod ipse nosset  
omnes. & quia opus ei non erat ut quis testimoniū  
perhiberet de homine ipse enim sciebat quid eēt  
in homine. Sed quid mirum si p̄sentis hominū  
uoluntates uidebat. qui & iā futurā p̄ro p̄nunti  
auit. Quam tunc utiq; non habebat quando pro  
illo uel cum illo paratū se mori p̄sumebat.

Quae cum ita sint quomodo huic eius tanta scientiae

& praesentiae non est contrarium quod marcus dicit.

Pro recepit illis necui dicerent. Quanto autem eis precipiebat  
 tantomagis plus predicabant. Si enim sciebat eos  
 sicut ille qui notas habebat; Et praesentem & futu-  
 ras hominum uoluntates. Tantomagis ne predicarent  
 eis. precipiebat ut quid hoc precipiebat nisi quia  
 pigri uolebat ostendere. Quanto studiosius quanto  
 que feruentius eum predicare debeant quibus iubet ut pre-  
 dicent. quando illi qui prohibebantur tacere non  
 poterant. Sequitur marcus. V.

**I** N ILLIS DIEBUS ITERUM CUM TURBA MULTA ESSET.  
 NEC HABERET QUOD MANDUCARET.

Et cetera usque ad illud ubi ait. Respondit illi iohannem  
 dicens. magister. uidimus quendam in nomine tuo  
 eicientem demonia. qui non sequitur nobiscum  
 & prohibuimus eum. Iesus autem ait nolite pro-  
 hibere eum. Nemo est enim qui faciat uisum  
 in nomine meo & possit cito male loqui de me.

Qui enim non est aduersus uos pro uobis est. Hoc  
 lucas similiter narrat. nisi quod ipse non dicit.  
 Nemo est enim qui faciat uisum in nomine meo  
 & possit cito male loqui de me. Nulla ergo est  
 in eis quaestio cuiusquam repugnantiae. sed  
 uidendum est. si hoc illi sententiae domini putetur  
 contrarium ubi ait. qui mecum non est. aduersus  
 me est. & qui mecum non colligit spargit.



Quomodo enim iste non erat aduersus eum qui cum  
 illo non erat. De quo Iohannes suggerit quod  
 cum illis eum non sequebatur si aduersus illū est  
 qui non ē. cum illo aut si aduersus illū erat. Quo  
 modo dicit discipulis. Nolite prohibere. qui  
 enim non ē. aduersus uos prouobis. ē. an hoc inter  
 ēē aliquid dicet. quia hic discipulis aut qui non ē.  
 aduersus uos prouobis. ē. Ibi autem de seipso locu  
 tus. ē. qui mecum non est aduersus me est. Quasi  
 uero possit cum illo non ēē. qui discipulis eius  
 tamquā membris eius sociatur. Alioquin quomo  
 do uerum erit. Qui uos recipit me recipit &  
 quando uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.  
 Aut potest & iā non ēē aduersus eum qui fuerit ad  
 uersus discipulos eius. Nam ubi erit illud qui  
 uos spernit me spernit. & quando uni de mini  
 mis <sup>meis</sup> non fecistis neque mihi fecistis. Et saule  
 saule quid me persequeris. cum discipulos eius per  
 sequeretur. Sed nimirū hoc uult intellegi. Intantū  
 cum illo non esse aliquem inquantū est aduersus  
 illū. & intantū aduersus illum non esse. Inquan  
 tum cum illo. ē. exempli gratia sicut iste ipse qui  
 in nomine xp̄i uisitatus fidebat. & in sociate disci  
 pulorū xp̄i non erat inquantū operabatur uisitatus  
 in illo nomine. Intantum cum ipsis erat & aduer  
 sus eos non erat. Inquantū uero eorū sociatū non  
 ad herebat intantū cum ipsis non erat & aduersus

eorum erat. sed quia illi hoc eum facere prohibuerunt  
 in quo cum ipsi erant. dixit eis dñs. Nolite prohibere  
 Illud enim prohibere debuerunt. Quod extraneorum  
 societatem ut illi unitatē ecclesie suaderent  
 non illud in quo cum illis erat. Nomen scilicet  
 magistri & dñi eorum. in daemoniorū expulsionē  
 commendans. Sicut ecclesia catholica facit. non  
 inprobans in hereticis sacramēta communia. In his  
 enim nobiscum sunt & aduersus nos non sunt  
 sed inprobant & prohibent diuisionem ac separationē  
 uel aliquā aduersam paci ueritatē; sententiā. In hoc  
 enim aduersus nos sunt quia in hoc nobiscum nō  
 sunt. & nobiscum non colligunt. & ideo spargunt.

Sequitur marcus & dicit. VI.

**QUIS QUIS ENIM POTŪ DEDERIT UOBIS.**

**CALICĒ AQUE IN NOMINE MEO Q̄ XP̄I ESTIS;**

**A**men dico uobis non perdet mercedem suā & quisquis  
 scandalizauerit unum ex his <sup>fil</sup> pulis credentib; in  
 me. bonum ē. ei magis si circumdatur molec asinaria  
 collo eius. & in mare mitteretur. Et si scandaliza  
 uerit te manus tua abscede illā. Bonum ē. tibi  
 debilem introire in uttā quam duas manus haben  
 tem ire in gehennā. Ignem inextinguibilem  
 ubi uermis eorum non moritur & ignis non ex  
 tinguitur. Et cetera usq; ad illud ubi ait.

**H**abete in uobis salem & pacem habete in t̄uor. Haec  
 marcus dñm locutū postea quā illū qui in nomine

eius eiciebat daemona. Et cum discipulis non eum  
sequebatur. uelut prohiberi contextim commemorat.  
aliqua ponens quae nullus alius euangelistarum posuit  
aliqua uero quae mattheus quoque posuit. Et aliqua  
eadem quae & mattheus & lucas. Sed illi ex aliis  
occasionibus & in alio rerum ordine non hoc loco ubi  
de illo suggestum est. Quicum discipulis christi non eum  
sequebatur. & daemona in eius nomine eiciebat.  
Unde mihi uidetur & iam hoc loco dominus secundum marci  
fidem ideo dixisse. quae alius & iam locis dixit. quia  
satis pertinebant ad hanc ipsam sententiam quae uelut  
prohiberi uisitate in nomine suo fieri. & iam ab illo  
quicum discipulis eum non sequebatur. Sic enim  
contexit. qui enim non est aduersus uos pro uobis est.  
Quis quis enim potum dederit uobis calicem aquae  
in nomine meo quia christi estis. Amen dico uobis non  
perdet mercedem suam. Unde ostendit & iam illud de quo  
iohannes suggererat. & unde iste eius sermo exortus  
est. quod non ita separatur a sociate discipulorum.  
ut eam tamquam hereticus in probare. sed sicut solent  
homines nondum audere christi suscipere sacramenta &  
tamen nominatim fauere christiano. ita ut christianos & iam  
suscipiant. Et non ob aliud eis nisi quia christiani sunt  
obsequantur. De qualibus dicit quod non perdunt  
mercedem suam. Non quia iam tuti atque securi sibi  
debent uideri. ex hac beniuolentia quam erga christia-  
nos habent uideri & iam si christi per baptismum non abluantur

nec unitati eius incorporantur. Sed quia ita iam di  
 misericordia gubernantur. ut ad ea quoq; perueniant.  
 atq; ita securi de hoc saeculo abscedant. qui profecto  
 & prius quam xpianoru numero sociantur. utiliores s  
 quam hi qui cu iam xpiani &pellentur. & xpianis  
 sacramentis inbutisint. talia suadent ut eos quib;  
 ea persuaserint secum in aeterna poenam p
 quos membrorum corporalium nomine tanquam  
 manum uel oculu scandalizantem iubeant erui a corpore.  
 hoc e. ab ipsa unitatis sociate ut sine his potius ueni  
 atur ad uitam quam cum eis eatur in gehennam. Hoc ipso  
 aut separantur a quib; separantur. quod eis male  
 suadentib; hoc e. scandalizantib; non consentitur.  
 & si quidem omnibus bonis cum quib; eis notitia e.  
 & ia de hac peruersitate innotescunt ab omnium  
 p'uenitur sociate atq; ab ipsa diuinoru sacramtoru  
 participatione separantur. Si autem quib;dam  
 ita notisint. plurib; autem ista eoru e. ignota per  
 uersitas; ita tolerandi sunt. Sicut ante uentilationem  
 palea toleratur in area ut neq; illis ad iniquitatis  
 communionem consentiatur. nec prop't illor bonoru  
 socias deseratur. Hoc faciunt qui habent in se  
 ipsis salem & pacem habent inter se. Seq' marcus.

**VII. ET INDE SURGENS UENIT IN FINES**  
**IUDAEAE ULTRA IORDANEM ET CONUENIUNT**  
**ITERUM TURBAE AD EUM ET SICUT CONSUEVERAT**  
**ITERUM DOCEBAT ILLOS;**

Et cetera usque ad illud ubi ait. Omnes enim ex eo quod  
abundabat illis miserunt. Haec uero de paenuria sua  
omnia quae habuit misit totum uictusuum. In hac  
tota contextione omnia superiora considerata sunt  
nequid uiderentur habere contrarium. Quando cum  
matthaei ordine ceteris conferebamur. Hoc autem  
de uida paupercula quae duo minuta misit in gazo  
filaciū duo soli dicunt. Marcus & Lucas. sine ulla  
quaestione concordant. Hinc iam usque ad caenam  
domini. Unde omnium omnia considerata tractauimus.  
Non dicit & Marcus quod cogat cum aliquo compa-  
rari ad inquirendū nequid repugnare uideatur.  
Nunc ergo deinceps lucas euangeliū ex ordine pertra-  
temus exceptis his quae habet cum mattheo. marcoque  
communis. quoniam in illa iam omnia pertractata sunt.  
sic ergo incipit Lucas.

**VIII. QUONIAM QUIDEM MULTI CONATISUNT ORDINARE  
NARRATIONEM QUAE IN NOBIS COMPLETES RERUM.**

Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt  
& ministri fuerunt sermonis. Uisum est. & mihi  
adsecuto a principio omnibus diligentem ex ordine  
tibi scribere optime theophile ut cognoscas eorum  
uerborum de quibus eruditur et ueritatem. Hoc  
principium ad euangelij narrationem nondum perti-  
net. Ammonet autem ut nouerimus eundem  
lucam & iam illum librum scripsisse se qui actus apo-  
storum uocatur. Non solum quia theofili nomen

& iam illic inest. Nam potest fieri ut & alius aliquis  
 theophilus erret & si idem ipse erret ab alio ad illum aliquid  
 scriberetur. sicut Luca euangeliū. sed quia & ibi ita  
 exorsus ē. ut diceret. Primum quidem sermonem  
 feci de omnibus; o theophile quae coepit ih̄s facere usq; in  
 diem quo apostolorum elegit per sp̄m sc̄m mandans ih̄s  
 ut sit p̄dicare euangeliū. dedit intellegi quod iam  
 scripsit euangeliū librum unum ex quattuor quo  
 rum ē. in ecclesia sublimis auctoritas. Nec ideo  
 quia dixit de omnibus; se fecisse sermonem. Quae coe  
 pit ih̄s facere & docere usq; in diem quo mandavit  
 apostolis. putari debet omnia scripsisse in euangelio  
 suo. Quae ih̄s cum apostolis in terra uersatus  
 fecit & dixit. Nescit contrariū iohanni quia it  
 multa alia fecisse ih̄m. quae si scriberentur  
 mundum totum non potuissent capere illos libros.  
 Cum & iam constat ab aliis euangelistis non pauca  
 narrata. quae lucas ipse narrando non attingit.  
 De omnibus; ergo fecit sermonem. eligendo de omnibus;  
 unde faceret sermonem. quae iudicauit apte  
 congrua sufficere officio dispensationis suae. &  
 quod dicit multo conator ordinare narrationem  
 quae in nobis complectitur rerum uideatur significare  
 non nullor qui non potuerunt hoc susceptum  
 munus implere. Ideo autem dicit. sibi uisū esse  
 ex ordine diligentē scribere qm̄ multi conati sunt  
 sed eos debemus accipere quorū in ecclesia nulla

ex tate auctoritatis. quia id quod conatisunt implere  
 minime potuerunt. iste autem non solū usq; ad resur-  
 rectionem adsumptionem q; dñi pduxit narrationem  
 suam ut inquat tuor auctorib; euang<sup>3<sup>di</sup></sup> scripturae  
 dignum suo labore. haberet locum. Uerum & iā dein-  
 cept quae per apostolas gestasunt quae sufficere cre-  
 didit ad aedificandam fidem legentiū uel audientiū.  
 Ita scripsit ut solus eius liber fide dignus haberetur  
 in ecclesia. De apostolorū actib; narrantis. reprobatis  
 omnib; qui non a fide qua oportuit facta dictaq;  
 apostolorum ausi sunt scribere. Eo quippe tempore  
 scripserunt. marcus & lucas. quo non solum ab eccl<sup>a</sup>  
 xp̄i. Uerum & iā ab ipsis adhuc in carne manentib;  
 apostolis preparari potuerunt. VIII.

**SICERGO NARRARE LUCAS. INCIPIT EUANGELIŪ.**

Fuit in dieb; herodis regis iudae sacerdos quidam  
 nomine zacharias de uice abia & uxor illi de filiab;  
 aaron & nomen eius helisab&h. & cetera usq; ad illū  
 locum ubi dixit. ut cessauit autem loqui dixit  
 ad simonem. duc in altū & laxate r&ia uis in capturā.

Hoc totum non habet ullā repugnantiā quae questionē.  
 iohannes quidem uidetur simile aliquid dicere. Sed  
 illud longe aliud est. quod factum ē. post resurrec-  
 tionem dñi ad mare tiberiadis. ibi enim non solū  
 ipsum tempus ualde diuersum ē. Sed & iā res ipsa  
 plurimum distat. Nam r&ia illic in dextra parte  
 missa centum quinquaginta tres pisces coeperunt

magnos quidem sed pestentur ad euangelista dicere quod  
cum tam magni essent & ia non sunt disrupta. Res  
picientem scilicet ad hoc factum quod lucas commemo  
rat. ubi p̄ multitudine piscium & ia r̄pebantur. ita  
& etiam similia iohanni. Lucas non dixit. Nisi circa dñi  
passionem & resurrectionem qui totus locus acena  
ipsius usq; ad finem sic a nobis tractatur. ē. ut omni  
conlectis testimoniis nihil eos dissentire doceremus.

**X. IOHANNES. ē. RELIQUUS QUI IŃ NON RESTAT  
CUI CONFERTUR.**

Quo quid enim singuli dixerunt quae ab aliis non  
dicta sunt. difficile ē. ut habeant aliquā repugnan  
tiae quaestionem. Ac per hoc liquido constat tres  
istos mattheū scilicet & marcū & lucam maxime  
circa humanitatem dñi nr̄i ih̄u xp̄i esse uersatos.  
secundū quam & rex & sacerdos. ē. & ideo marcus  
qui in illo misterio quatuor animalium hominis  
uidetur demonstrare personā uel matthei magis  
comes uidetur quia cum illo plura dicit. propter  
regiā p̄sonam quae incomitata ē non solum quod in p̄  
mo libro commemorauit uel quod probabilius intelle  
gitur cum ambob; incedit. Nam quāuis mattheo  
in plurib; tamen. in aliis non nullis lucas magis con  
gruit ut hoc ipso demonstratur. ad leonē & ad uitulū.  
Hoc ē. & regalē quā mattheus & ad sacerdotalem quae  
lucas insinuat personā id quod xp̄i homo ē. p̄tinere.  
quam figuram marcus gerit p̄tinens ad utrūq;



Diuinitas uero xpi quae aequalis est patri secundum  
quod uerbum est & dicitur apud deum. Et uerbum caro  
factum est ut habitaret in nobis. Secundum quod  
ipse & pater unum sunt. A Iohanne maxime  
commendanda suscepta est. Qui sicut aquila  
in his quae xps sublimius locutus est immoratur  
nec in terra quodammodo nisi raro descendit.  
Denique quam uis matrem xpi se nosse plane testatur.  
Tamen neque in eius natiuitate cum mattheo & luca  
aliquid dicit nec eius baptismum cum tribus com-  
memorat sed tantummodo ibi testimonium Iohannis  
alte sublimiterque commendat. Relictis eis pergit  
cum illo ad nuptias in chana galilee ubi quauis  
ipse euangelista matrem eius fuisse commemorat.  
ille tamen dicit quid mihi & tibi est mulier  
non repellens de qua suscepit carnem sed suam  
tunc maxime insinuat diuinitatem a quam con-  
uersurus in uinum quae diuinitatem illam & iam  
feminam fecerat non illa facta erat. Inde post  
paucos dies factor in capharnaum redit ad templum  
ubi eum commemorat dixisse de templo cor-  
poris sui soluit templum hoc & in tribus diebus  
excitabo illud. ubi maxime insinuat non solum  
quia dicitur in templo uerbum caro factum.  
Uerum & iam quia eandem carnem ipse resuscitaum.  
Non utique nisi secundum id quod unum est cum patre  
nec separabiliter operabatur.

Cum ceteris locis fortassis omnibus; scriptura non dicat  
 nisi quod dñ illum suscitauerit. Nec alicubi sic ex  
 pressum. ē. quod cum dñ<sup>r</sup> resuscitauit. quia cum  
 patre unus dñ est. sicut hoc loco ubi ait. Soluite  
 templum hoc. & tribus diebus suscitabo illud.  
 inde cum illo nicomo <sup>de</sup> quam magna quā  
 diuina locutus. ē. Inde rursus pergit ad testi  
 monium iohannis. & commendat amicum sponsi  
 non gaudere nisi propt̄ uocem sponsi. Ubi  
 admonet animā humanā non desit ipsa sibi luce  
 re nec beari nisi incommutabilis participatione  
 sapientiae. Inde ad mulierem samaritanā ubi com  
 memoratur aqua. unde qui biberit non sitit &  
 in aeternum. Inde rursus in chanan galileae ubi  
 fecerat de aqua uinum ubi eum commemorat  
 dixisse regulo cuius filius infirmabatur nisi signa  
 & prodigia uideritis non creditis. usq; adeo supra  
 omnia mutabilia uolens mentem credentis adtol  
 lere ut nec ipsa miracula quae quāuis diuinitus  
 de mutabilitate corporū fiunt a fidelibus quae uelut  
 Inde hierosolimam redit. Fit sanus triginta octo  
 annorum languidus. Ex hac occasione quae  
 dicuntur quādiu dicuntur ubi dictum. ē.  
 quae rebant eum iudaei interficere quia non solū  
 soluebat sabbatū. sed & patrem suū dicebat dñm.  
 aequale se faciens dō ubi x̄tis ostenditur. Quā  
 non usitate sicut solent sc̄i homines dicere

+ resuscitare & xpm k̄ ipse

dixerit patrem suum dñm. Sed quod eis sit aequalis  
 insinuans. quippe paulo superius dixerat eis de sabba  
 calumniantibus. Pater meus usq; modo operatur  
 & ego operor. ibi exarserunt non quia patrem suum  
 diceret dñm. sed quod ei equalis uellet intellegi dicen  
 do. Pater meus usq; modo operatur & ego operor.  
 consequens eē ostendens ut qm̄ pater operatur &  
 filius operetur quia pater sine filio non operetur.  
 ibi enim & paulo ante ut iam illis ob hoc irascentib;  
 quaecūq; enim ille fecerit haec & filius similiter facit.  
 Unde tandem descendit iohannes ad illos tres. Cum  
 eodem dño intragredientes ut quinq; milia panib;  
 quinq; pascantur. ubi tamen solus commemorat.  
 Quod cum uellent eum regem facere solus fugit in  
 montem. quia in re nihil mihi aliud uidetur animā  
 rationalem commovere uoluisse nisi eo se nostrae  
 menti narrationiq; regnare quod ē in excelsis nullae  
 cum hominib; communionē naturae solus quia  
 unicus patri. Hoc autem misterium deorsum repen  
 tes carnales homines fugit. quia ualde sublime  
 ē. unde illor & ipse fugit in montem. qui regno  
 eius terrano animo requirebant. Unde & alibi  
 dicit regnum meū non ē de mundo hoc. Neq; & iā  
 hoc nisi iohannes ipse commemorat uolatu  
 quodammodo & herio supereminens terris & gau  
 dens ~~locis~~ luce solis iustitiae ab illo itidem  
 montem post miraculū de quinq; panib; factum.

Cum isdem trib; paululum remoratur donec mare  
transissent. Quando ambulavit sup aquas continuo  
rursus se in uerbū dñi ad tollit. quā magnum quam  
prolixū quā diusupnum & excelsum & ex occasione  
panis exortum. Cum dixisset turbis. Amen amen  
dico uobis quaeritis me n̄ quia signa uidistis.

**S**ed quia edistis de panib; & satiati estis. Operamini  
non cibō qui perit sed qui p̄manet & in uitā aeternam  
& inde iam talia diutissima atq; excelsissima. Tunc  
ab ista uerbi celsitudine ceciderunt. qui p̄ eum de in  
cepserunt non ambulauerunt cui sane in hēserunt qui po  
tuerunt intellegere. Sp̄s ē. qui uiuificat. Caro autē  
nihil prodest quia autiq; per carnem sp̄s prodest. & solus  
sp̄s prodest. Caro autem sine spū nihil prodest.

**D**einde suis fratrib; id est cognatis carnis suae suggeren  
tib; ut ascenderat ad diem festum quo possit innotescere  
multitudinē quanta altitudine respondit. Tempus  
meum nondum aduenit. tempus autem ur̄m semp  
est paratum. Non potest mundus odisse uos. me autē  
odit. quia ego testimonium perhibeo de illo. quia  
opera eius mala sunt. Hoc ē. ergo tempus uestrum  
semper est paratum. quia uos diem istum concupis  
citis de quo proph&a dicit. Ego autem non laboraui  
subsequens te dñe & diem hominis non concupiui.

**T**u scis hoc ē. uolere ad lucem uerbi & concupiscere  
illum diem quem uidere concupiuit abraham. & uidit  
& gauisus ē. Inde iam ad diem festū cū ascendisset in tēplū.

quae illum iohannes locutum esse commemorat. quā  
 mirabilia quā diuina quam excelsa quod ipse uenire  
 non possent. quod esse & taurus quod & ipsum nosset  
 & unde eē scirent. & esse & uenis qui eum miserit quē  
 illi nescirent. Tamquam diceret & unde sim scitis &  
 unde sim nescitis. quod quid aliud uoluit intellegi  
 nisi secundum carnem notum se illis esse potuisse.  
 & gente & patria. secundum diuinitatem autem in  
 cognitum ibi & iā de dño sp̄s sc̄i locutus ostendit  
 qui esse & quando mundus altissimum dare potuisset.  
**R**ursum illuc de oliuē monte regredientē. quae & quan  
 ta narrat locutū post ueniā illi ad altere datam.  
**Q**uae uelut lapidanda oblata illi a temptatorib; fuit  
 quando digitor scribebat in terrā. Tamquam illos  
 tales in terra scribendos significare. Nos in caelo ubi  
 monuit discipulos scriptos esse gauderent. aut quod  
 se humiliando quod capitis inclinatione monstra  
 bat signa in terra faceret aut quod iam tempus eēt  
 in terra quae fructum dare. non in lapide sterili. sicut.  
*antea* lex etiam conscriberetur. Ergo post haec lucem mundi  
 se dixit. & qui eum sequeretur non ambulaturum  
 in tenebris. sed habiturū lucem uitae dixit & iam  
 se esse principium quod & loqueretur eis. quo nomi  
 ne utiq; se distinxit ab illa luce quam fecit. Tamquā  
 lux p̄ quam facta sunt omnia. ut illud quod se dixit  
 rat lucem mundi non sic acciperetur. quem admodū  
 discipulis ait. Uos estis lux mundi illi enim tāquam

lucerna quae non ē. ponenda sub modio sed super cande  
 labrum sicut & de iohanne baptista ille erat inquit  
 lucerna ardens & lucens. Sed ipse sicut principium  
 de quo dictum ē. Nos omnes de plenitudine eius accepimus  
 ibi dixit se filium esse ueritatem quae nisi liberauerit  
 nemo erit liber. Inde postea quam in luminauit ana  
 tuitate caecum ex ipsa occasione in prolixo eius sermone  
 demoratur iohannes de uerbis & pastore & anua. Et de  
 potestate ponendi animam suam & iterum sumendi  
 eam. In quo excellentissimā potestatem suae diuini  
 tatis ostendit. Inde cum enuncia in hierosolymis  
 fierent commemorat ei dixisse iudaeos. quousq;  
 animam nostrā tollis. Si tu es x̄p̄s dic nobis palam  
 atq; in desumpta oportunitate sermonis quia & iam  
 sublimia dixerit narrat ibi dixit. Ego & pater unū  
 sumus. Inde iam resuscitatum ab eo lazarus. p̄ dicit  
 ubi dicit. Ego sum resurrectio & uita qui  
 credit in me & iā si mortuus fuerit uiuēt & omnis  
 qui uiuit & credit in me non morietur in aeternum.  
 In quibus uerbis quid nisi altitudinem diuinitatis  
 eius agnoscimus. Cuius in aeternū participatione  
 uiuemus. Inde iterum iohannes occurrit in betha  
 niam. mattheo & marco. ibi factum ē illud. De ungen  
 to p̄tioso quo pedes eius amara caputq; p̄ fusum ē.  
 atq; hinc deinceps usq; ad passionem & resurrectionē  
 dñi cum tribus euangelistis iohannes graditur.  
 sed in locis eisdem narratione uersante. Ceterū quod

Ad sermones dñi adtin& non cessat se attollere. In ea  
quae ille ab hinc & iã sublimit̃ diuturneq; locutus ē.  
Nam & quando eum uoluerant uidere gentiles p̃ philip  
pum & andream habuit excelsum sermonem quē aliorū  
euangelistarū nullus inseruit ibi p̃ clara iterum de  
luc̃e in laminationem & lucis filios faciente com  
memorat. Deinde in ipsa caena de qua euangelistarū  
nullus tacuit. quam multa & quā excelsa uerba eius  
iohannes commemorat quae alitacuerunt.

Non solum de commendatione humilitatis quando  
pedes discipulorū lauit. Sed cum expressus per  
buccellā traditor eius exisset. Remanentib; cum illo  
undecim. in sermonem ipsius mirabiliter stupendo  
maximeq; diurno idem iohannes immoratus ē.  
ubi dixit. Qui uidit me uidit & patrem. Ubi  
multa locutus ē. de sp̃scõ paracl̃to quem misurus  
eis erat & de sua clarificatione quam habuit apud  
patrem priusquā mundus esset & quod unum nos  
faceret in se sicut ipse & pat̃ unum sunt. Non ut ip  
se & pater & nos unum. Sed nos unum sicut ipse  
unum. multaq; alia mireq; sublimia de quib; dis se  
rere sicut dignum ē. & iã si iam essemus idonei in hoc  
tamen opere non id nos suscepisse quis non aduestat.  
quod alibi fostasse reddendum ē. Id certe non est  
expendendum commendare quippe uoluimus amato  
rib; uerbi dñi. & studiosis sc̃e ueritatis quamuis  
eiusdem xp̃i qui uerus & uerax adnuntiator atq;

predicator iohannes in euangelio suo fuerit.

Cuius & ceteri tres qui scripserunt euangelium.

& ceteri apostoli qui non quidem ipsam narratio-  
nem scribendam susceperunt. In ea tamen p̄dica-  
tione sui officii munus impleuerunt. Longe tam̄

hunc in xp̄i altiora subiectum. ab ipso initio  
libri sui raro fuisse cum ceteris. id ē. primo circa  
iordanem propt̄ testimoniū iohannis baptistae.

Inde trans mare tiberiadis. quando turbas de quinque  
panibus paucis & supra aquas ambulauit. Testis in bethania  
ubi unguento p̄tioso fidelis femine deuotione  
perfusus ē. Donec illis occurreret ad passionis tempus  
quod cum eis erat. Necessario narraturus ubi tam̄  
ipsam dominicā caenam de qua nullus eorum tacuit.

Multo opulentius tāquā decellario dominici pecto-  
ris ubi discumbere solebat exhibuit. Deinde ipsū  
pilatum uerbis altioribus percutit dicens. regnum  
suum non esse de hoc mundo regemq; senatum & ad  
hoc uenisse in hunc mundum ut testimonium phibe-  
at in ueritati. Mariam quoq; p̄ resurrectionem  
mystica altitudine uisitans. Nolite inquit tangere  
nondum enim ascendi ad patrem meum. Discipulis  
& iam insufflando dedit sp̄m sc̄m. Ne ipse sp̄s qui tri-  
nitati con substantialis & coæternus ē. Tantum modo  
patris esse non & iam filij sp̄s putarētur. Postremo  
sua oues p̄ & rose amanti. eumq; amorem ter confi-  
tenti commendans dicit eundem iohannem



sic se uelle manere donec ueniat. Ubi & iam mihi  
 uidetur alio docuisse mysterio istā ipsam iohannis  
 euangelicā dispensationem qua in lucem liqui-  
 dissimam uerbi sublimiter fertur. Ubi trinita-  
 tis aequalitas. & incommutabilitas uideri potest  
 & qua maxime proprietate distat & accerit. Homo  
 cuius susceptione uerbum caro factum ē. Per-  
 spicue cerni cognosciq; non posse nisi cum ipse  
 dñs uenerit. Ideo sic manebit donec ueniat.

Manet autem nunc in fide credentium. Tunc autem  
 facie ad faciem contemplandū erit. cum apparu-  
 erit uita nostra. Et nos cum ipso apparebimus  
 in gloria. Quis quis autem arbitratur homini  
 uitam istam mortalem adhuc agenti posse contin-  
 gere. ut dimisso atq; discurso omni nubilo phan-  
 tasmatum corporalium atq; carnaliū. serenissima  
 incommutabilis ueritatis lucē potiat. &  
 mente p̄uenit a consuetudine uitae huius  
 alienat. illi constanter & indeclinabiliter haerent.  
 Nec quid quaerant. Nec quis quaerant intellegit.  
 Credat ergo potius sublimi auctoritati minimeq;  
 fallaci. Quam diu sumus in corpore. peregrinari  
 nos a dño. & ambulare p̄ fidem nondum p̄ speci-  
 em. ac sic p̄ seueranter retinens atq; custodiens.  
 fidem spem & caritatem. Intendat in speciem  
 ex pignore quod accepimus sc̄i sp̄s. qui nos docebit  
 omnem ueritatem. Cum dñs qui suscitauit ihm

a mortuis uiuificabit & mortalia corpora nra per  
 in habitantem spm eius in nobis; Prius autem  
 quam uiuificetur hoc quod mortuum est pro pec  
 catam; proculdubio corruptibile e. & ad grauat  
 animam; & si quando aduuta ex cedit hanc nebu  
 lam quategitur omnis terra id e. hanc carnalem  
 caliginem quategitur omnis uita aeterna. <sup>terrena</sup>  
 T am quam rapida conuersione h perstringitur.  
 & in suam infirmitatem redit. uiuente desiderio  
 quo rursus erigatur. nec sufficiente munditia  
 qua figatur; Et quanto quisq; hoc magis  
 potest. tanto maior e. Quanto autem minus.  
 tanto minor; Si autem nihil adhuc tale mens  
 hominis ex pte e. in qua tamen in habitat  
 xps per fidem. in stare debet & minuen dis finien  
 disq; cupiditatib; huius saeculi. moralis uirtutis  
 actione. tam <sup>quam</sup> in comitatum trium illorum  
 euangelistarum cum mediatore xpo ambulans  
 eum qui filius di semp e. Propter nos filium  
 hominis factum. ut sempiterna uirtus eius  
 & diuinitas nostrae infirmitati & mortalita  
 ti temperata. de nostro nobis in se atq; ad se  
 faceret uiam. cum magne spei laetitia fidelit  
 teneat ne peccet. a rege xpo regatur. Si forte  
 peccauerit. ab eodem sacerdote xpo expiatur.  
 atq; ita in actione bonae conuersationis &  
 uitae nutri spemur gemine dilectionis. taquam

duab; alis ualidis erectur a terris. ab eodem ipso xpo  
uerbo in luminatur. uerbo quod in principio erat  
& uerbum apud dm erat. Et uerbum dñs erat.  
Et si per speculum & in enigmate. Longe tamen  
sublimius ab omni similitudine corporali; quapp  
ter quamuis in illis tribus actiuae. In iohannis  
autem euangelio dona contemplatiue uisus eluce  
ant. his qui haec dinoscere sunt idonei. Tamen &  
hoc iohannes qm ex parte. ē. Sic manebit donec  
ueniat quod perfectum. ē. & alii quidem datur  
per spm sermo sapientiae. Alii sermo scientiae  
secundum eundem spm. Alius diem dño sapit.  
alius de pectore dñi liquidius aliquid bibit.  
Alius leuatus usq; ad testium caelum ineffabilia uerba  
audiuit. Omnes tamen quādiu sunt in corpore  
peregrinantur ad dño; & omnib; bonae spei fidelibus  
in libro uitae scriptis. seruatur quod dictum est.  
Et ego diligam eum & ostendam me ipsum illi; Uerū  
tamen in hac peregrinatione quantum rei huius  
intellegentia uel scientia quisq; proficeret. Tanto  
magis caueat diabolica uitia superbiam & inuidiam.  
meminerit ipsū hie euangeliū iohannis quā multo āplus  
egerit. ad contēplationem ueritatis. Tam multo amplius  
p̄cipere de dulcedine ueritatis; Et q̄ illud p̄ceptū aeris si  
mum. ac saluberrimū ē. Quanto magnus ē. tanto humiliter  
in omnib; qui euangelista xpm longe ceteris altius cōmen  
dat. apud eum discipulis peder lauat. Amen.